16 Incertitudine rei vitiat actum, *l. idem Pompon. §. fin. ff. de rei vend. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tut. l. tutor incertus, ff. eod. l. ita ſtipulatus, & ibi Bart. l. vbi autem non apparet. ff. de verb. oblig. l. ſi ſic, §. 1 ff. de leg. 1. l. cum poſt, §. gener. ff. de iur. doti. §. incertis, vbi Pichard. inſtit. de legat. Thomas de Thomaſettis regul. 146.* vbi aſſerit procedere, quando actus eſt omninò incertus. Intellige regulam hanc procedere ſecundum iuris ciuilis rigorem, ſed attenta æquitate canonica, incertitudine non obſtante actus valebit, & agi poterit, vt declaretur arbitrio boni viri iuxta qualitatem perſonæ, & patrimonij, dictum fuit elegans *Archid.* quod Doct. miris laudibus proſequuntur *in cap. ſunt nonnulli nu. 2. verſ. Si res*

alia 1. quæſt. 1. refert, & ſequitur Bald. in l. qui mutuam, §. ſalarium in lectu. antiqua num. 2. verſic. Item vide ff. mand. ſequitur etiam Anton de Butr. dicens eſſe notabile verbum, & perpetuo menti tenendum in cap ex parte num. 7. de cenſib. Panorm. in cap. 1 nu. 5 de decim. Afflict. deciſ 337. num. 10. firmat Gom. vari. tom. 2. cap. 11. in tit. de qualit. contract pag. 217. col. 4. verſ. Aduertendum, Guter. de iuram. confirm p. 1. cap. 69 n 6. quos cum alijs adducit Rendina in promptuar. recept. ſentent. tom. 1. tit. 100. nu. 7 Limita regulam hanc nonnullis caſibus, vt per Thobi. Noni ad princip. inſtit. de verbor. oblig nu. 27.

17 Incluſio vnius eſt excluſio alterius, l. cum prætor. ff. de iudic. l. cum maritus, C de procurator. l quamuis, C de pignor. l. ait prætor, §. ſed quod Papi. ff. de min. cap non ne de præſum. Menoch. conſ 106. num. 314. cum ſeqq. & conſ. 141. à num 9. & conſil. 406. num. 44. & conſ. 452. nu. 27. & conſ 583. num 11. & conſ. 1148. à nu. 13 & de arbitr. lib. 2. caſu 37. nu. 22. Surd. deciſ. 195 n. 12 & deciſ. 291. num. 20. & conſ. 25. nu. 3. & conſ. 56 nu. 2. & conſil 151. num. 55. Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 1. nu 10. Vgolin de offic & poteſt. Epiſcop. cap. 13. §. 13. verſ. Hæc regula, Cald. Pereira quæſt. forenſ. conſ. 4. num 20. & conſ. 50. num 2. Cæſar Argel. de contradictore legitimo quæſt. 5. nu. 32. & quæſt. 19. nu. 47. Cardin Tuſch tom. 4. lit. I. concl. 71. Pichar. ad princip. inſtit. de exhæredat. liberorum num. 10. Thomas de



de Thomaſettis regul. 148. vbi aſſerit procedere, niſi vnius, & alterius eadem ſit ratio. Limita etiam, quando aliquid includitur ratione maioris frequentiæ, Flamin. de confident. quæſt. 29. num. 52.

18 Incommoda eum ſequi oportet, quem commoda, & vtilitates ſequuntur clemen. 1. de cenſibus, Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ 3. num. 89. Eſcobar de ratiocin. cap. 42. num. 12 & comput. 20. num. 14.

19 Incontinenti, quæ fiunt, à iure ineſſe creduntur, l. lecta 40. §. dicebam ff ſi cert. pet. l. petens, C. de pact. cap. officij 38 de elect. Gonzal. cum ab eo citatis ad reg. 8. Cancel. gloſ. 43. nu. 54 Cardin. Tuſch. tom. 4 lit. I. concl. 81. Mari. Antonin. vari lib. 1. reſol. 69. nu. 5. & reſol. fin. caſu 62.

20 Indefinita æquipollet vniuerſali, l. ſi ſeruitus 22. ff. de ſeruit. vrban. præd. l. ſi ita relictum, & l. ſi pluribus 44. ff. de legat. 2 l. ſi plures 98. ff. de legat. 3. l. Iulianus ff. eod. tit. l. ſi quis filio §. 1. ff. de teſtam. tut. l. 2. ff. de liber. & poſth. l Cæſar ff. de publica. l. ſi quis, §. idem Iulian ff. de lib leg. cap. ſolitæ de maiorit. & obed. cap quia circa de priuileg. gloſ. verbo aliorum in cap. vt circa de elect. lib. ſexto, Menoch. conſil. 97. à num. 154. & conſ. 173. num. 16. cum ſeqq. & conſil. 329 num. 24. & de præſumpt. lib. 4. quæſt. 21. nu. 5. & quæſt. 62. nu. 7. Maſcard. de probat. concluſ. 1181. num. 38. cum ſeqq. Pichard. ad §. ſi eadem res, Inſtit. de legat. num. 43. Thomas de

Thomaſettis regul. 150. Mari. Antonin.vari.lib 3. reſol.29.num.6. Surd.de alim. tit.5. q.1. num.13. & 16. & tit.8 priuil.17 & tit.9 quæſt.13.n.10. 13. & 17 & deciſ.188.nu.4.& conſ 216 nu.25. & conſ.244 nu.21.& conſ.308 num.48.Cou.vari. lib.1.cap.13.nu.6. Menchaq quæſt frequent.lib.2. cap.30 à nu.28.Cardin.Mantic.de coniectur. vltim. volunt.lib.3.tit.4.nu.12.& lib.7.tit.5.nu.1 & 10. D.Barb.in rub.ff.ſolut.matrim.p.4.num.49. Luſit. Emmanuel Figueira de Negreiros in introduct.vltim. volunt.lib.1.cap.11.num.37. Brunor. à Sole in locis commun. verbo indefinita 2. plenè Cardin. Tuſch. tom 4.lit.I.concluſ 86 cum ſeq Franciſc. Molin.de ritu nupt lib.3. quæſt.40. num 8 Farinac. in praxi crimin.par.4.deciſ.69 num.8.& ibi addit. & deciſ. 458.nu.1.Ioan.Franciſc. Leo in theſauro fori Eccleſ. par.1.cap.9 nu.24 Intellige vt indefinita æquipolleat vniuerſali deſtributiuè, non collectiuè, Cardin Seraphin.Rotæ Romanæ deciſ.409.nu.7. Intellige etiam, vt indefinita vniuerſalis ſignificationis vim obtineat, non ex propria vocabuli ſignificatione, ſed ex æquitate, & benignitate quadam ita Bart.in l.1.nu.3.ff.de reg iur. & eſſe communem ſententiam proclamant Cou. d.cap.13.num.5. Menoch.d.conſ 97.num.155. quos refert Rendina in promptuar.recept.ſent.tit.82.nu.1. num.1. Amplia primo, vt poſita circa perſonas in fauorabilibus æquipolleat vniuerſali, Franciſc.Molin.d.lib.3.q.11.n.17. Amplia ſecundò



dô in alimentis, Franciſc.Molin.d.lib.3 q.46.n.12. Amplia tertiò in contractibus, Seraphin. deciſ. 1008.nu.2. Amplia quartò in ſtatutis Cou.d.cap. 13.num.8. & eſſe communem ſententiam profitetur, Menoch.conſ.4 num.28. quos vltra alios citat Rendina, vbi proximè. Amplia deinde in oratione indefinitè â lege, vel canone prolata ex Rendina d.tit.82.nu.3. Limita in odioſis, Franciſc.Molin d.lib.3. q.85.num.59. Limita etiam in probationibus, Maſcard. de probat.concluſ.1199. à nu.19.& concl.1205.n.20 Surd.deciſ.263.n.10. Cou.d.cap.13.nu.10.Rebuff.tractat. de reprobat. teſtium num.100. Menchaq d.cap.30.nu.27 Brunor. d.verbo indefinita 1.Morl.in empor. iuris tit. 11.in prælud.nu.55.Card.Tuſch d.concl.86.nu.31.& 39. Seraphin.deciſ 490.n.31. Rendina d.tit.82. num.2. Rota Romana apud Farin.deciſ.509 nu.5 to.2.p.1. An autem indefinita æquipolleat vniuerſali in confeſsione? vide eund. Seraphin.deciſ.544. num.1.

21 Inferior non poteſt tollere legem ſuperioris, l.formam, C.de offic præf.præt.cap.cum inferior de maior. & obed. gloſ. in cap.fin.in verſ.Figura de hæretic. lib ſexto, clemen.ne Romani de elect. gloſ.in clemen.ſæpè in princip.in verſ.Mandamus de verborum ſignific. Bart. in l.omnes populi col.4. verſ Sed hic dubitatur ff.de iuſtit.& iur.Surd.conſ.58.nu.6. Menchaq quæſt.illuſtr cap.35. num.10. cum ſeqq. Gonzal. ad regul. 8. Cancel.gloſ 45. §.1. num. 69.

*Azeu.l.2.nu.56.tit.14.lib.4. nouæ recopil. Brunor. à Sole in locis commun. verbo inferior* 4. *Cardoſ. in praxi iudicum,& aduocat.verbo lex n.*9.*Thomas de Thomaſettis reg.* 147. vbi aſſerit procedere,niſi maior ſubiiceret ſe iuriſdictioni minoris,& ab eo iudicari vellet.

22 Infinitas eſt vitanda,*l.qui bona,§.vlt.ff.de dãn. infect.l fideicommiſſa,§.ſi quis decem, ff. de legat.*3. *l fin.C.de ſacroſanct.Eccleſ.l.vni.C.de ſentent.quæ pro eo quod inter.Valaſc.conſult.*51.*nu.*49 *& de partit. cap.*9. *num.*50 *&* 51. *Cald. Pereira de poteſt eligendi cap.*3.*num.*18.*Stephan.Gratian.diſcept.forenſ. tom.*3 *cap.*600 *nu.*30.*Girond.de priuilegiorum,ſeu exemptionum explicat.n.*1392.*Eſcobar. de ratiocin. cap.*18.*num.*4 *Vitalis de Cambanis tract. clauſular. pag.*56. *nu.*3.

23 Iniuriæ inde naſci non debent, vnde iura naſcuntur,*l.meminerint C.vnde vi,cap.qualiter,& quando de accuſat. Aymo.de antiquit.par.*1. *cap.*2. *ampliat.*13.*nu* 10.*cum ſeqq.*

24 Iniuria nõ fit ſciẽti,& volenti,*l.*1.*§ vſq; adeo, ff. de iniur. l.*1 *ff de act. empt. l. nemo præſumitur, ff.de regul iur. cap.ſcienti eod. tit. in* 6. *l cum donationis, C. de tranſact. Surd. cum ab eo citatis deciſ.* 394.*num.*1. *Sebaſtian. Naui. ad dict. l.*1.*num.*15. *Cæſar Argel. de contradictore legitimo quæſt.* 10. *num.*66. *& num.*97. *Ioſeph.de Seſſe Aragon. deciſ.* 189 *num.*15. *Thomas de Thomeſettis regul.*275. vbi aſſerit procedere, quando ſpontè, & libero





bero animo conſentit, ſecus autem ſi per vim, aut metum, vel importunitatem, ſeu perſuaſionem doloſam quis conſenſum præſtauerit.

25 Inſtituere qui poteſt, deſtituere valet, *Flamin.de reſignat lib* 7.*q.*10.*nu.*11 *& q.*14.*nu.*5.

26 Intellectus abſurdus eſt vitandus, *Girond. de priuilegiorum,ſeu exemptionum explicat.nu.*284. Et ille debet recipi, per quem iura cum iuribus concordentur *Alex.in l. ſi cum dotem,§.maritus nu.*7 *ff.ſoluto matrim.Armendariz in proœm. addit.ad recopil.legum Nauarræ nu.* 60. notaui ſuprâ *lit.A nu* 5.

27 Intentionis ſuæ fundamentum quilibet probare tenetur *l.actor, C.de prob.l.qui accuſare, C.de eden.Ioſeph.Ludou.tom.*3 *commun.opin. tit.de probat. concl.vni.Brunor. à Sole in locis cõmun.verbo actor.* 3.*Mari Antonin.vari.lib.*1.*reſol.*70.*nu.*15. *& reſol.*106.*nu.*21.*& lib.*3.*reſol.*1.*num.*13. *& reſol* 9. *nu.*9. *& Cæſar Argel.de contradictore legitimo q* 13. *nu.*64.Nam qualitas, vbi eſt fundamentum intentionis alicuius,debet prius probari, *gloſ.recepta in l.ſi verò §.qui pro rei qualitate ff qui ſatiſd. cog.Menoch.conſ.*301.*nu.*10 *& de præſumpt.lib.*2. *q.*49.*Cou.vari.lib.*2.*cap.*6. *num.*2. *Guter.de iuram. confirm.p.*1.*cap.*1.*nu* 22.*& pract lib.*5.*q.*40 *nu.*5. *Rebuf.tract.nomin.q* 12.*n.*13.*Brunor.à Sole in locis commun.verbo qualitas* 6.*Farin. in praxi crim.p.*1. *q.*1.*nu.*23.*Mari.Antonin.vari.lib.*2.*reſol.*48.*n.*12.

28 Intentionem ſuam, qui non probat, dicitur carere iure *l. argentarius, §. cum autem ff. de edendo, Cardin Tuſch. tom. 1. littera A. concluſ. 117. num. 19.*

29 Intereſſe ceſſaute non auditur agens, vel excipiens *l. ſi vnus, §. ante omnia, vbi Bart ff. de pact. l. 1. vbi Bart. & alij ff. de apel. recip. Surd. de alim. tit. 1. q. 33. nu. 13. & deciſ. 120 nu. 11 & deciſ. 260, num. 3 Bernar. Græu, ad pract. cameræ imper. lib. 1. concluſ. 69. num. 1. Stephan. Gratian. diſcept forenſ. cap. 302, num. 30. & cap. 387. Cardin Tuſch. tom. 4. littera I. concluſ. 315. Mari. Antonin. vari lib. 1, reſol. 110. nu. 18 & lib. 2, reſol. 1. nu. 6. & lib. 3, reſol. 41. nu. 2.*

30 Interpretari eius eſt, cuius eſt condere, & gratiam facere, *l. ſi imperialis maieſtas, C. de legibus, l. leges ſacratiſſimæ, C. eod l. non ambigitur. ff eod, tit cap inter alia, de ſentent. excommun. cap cum veniſſent, de iudic Gom. l. 1. Tauri num 6. Surd. deciſ. 2. num. 5. Guter. pract. lib 4 q. 28 à num 2. Morl in emporio iuris par. 1. tit. de legibus num. 20. Vgol. de offic. & poteſt. Epiſcopi cap. 36. num. 1. Fr. Ludouicus de Miranda de ordine iudiciar quæſt. 3. art. 2 concluſ. 1. Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo lex num. 6. Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſolu. 103. num. 19. Dom. Chriſtophorus de Paz in ſchol. ad leges ſtylli l. 39. num. 22. Cardin. Seraphin, Rotæ Romanæ deciſ. 892. nu. 3. Thomas de Thomaſettis regul. 142.* vbi aſſerit procedere in ſubſidium, & quando non poteſt ex conſuetudine, & practica iudiciorum aliter haberi interpretatio legis.



31 Interpretatio ſumenda eſt, cui verba reſpondent *l non aliter ff de legat. 3. l. 3. §. toties, ff de damno infecto, Anton. Monach. Florent, deciſ. 16. num. 11.*

32 Interpretatio illa ſemper ſumenda eſt, quæ inducat validitatem actus, *l. quoties. ff. de verbor. oblig. l ſi quando in princip. ff. de legat. 1. Ferrer in conſtit. Cathalon gloſ. 1. n. 151. Scacci. de apellat. q. 2. nu. 29. & q. 3. n. 4. & q. 7. ſub n. 5. & q. 15. n. 225. in fine* notatum eſt ſupra *lit. A num. 62.*

33 Interpretatio facienda eſt, ne diſpoſitio fiat illuſoria, *addit. ad Caſtr. conſ 255. in fin. Cardin. Mantica de tacitis, & ambig. conuent. lib. 2. tit. 12. nu. 30. Anton Monach. Florent. deciſ. 1 num. 86. Ferrer in conſtitut. Cathalon. gloſ. 1. num. 152.*

34 Interrogatus non reſpondens pro confeſſo habetur *cap. 1. de poſtulat. prælatorum*, præcipuè in poſitionibus, vt probat *tex. in cap. 2. de confeſſis lib. 6. conſtitutum eſt apud Luſitanos in Ordin. Regia lib. 3. tit. 53. §. 13. & apud Hiſpanos l. 2. tit. 7. lib. 4. nouæ recopil. Bellacomb. & Don. à Fina tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 20. à nu. 285. Soarez de Paz in pract. p. 1, tom. 1, temp. 8, num. 80, Camill. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 46. num. 28.*

35 Iudex debet iudicare ſecundum allegata, & probata, non autem ſecundum propriam conſ-

conſcientiam, l. illicitas § veritas ff. de officio præſid. Ordinatio Regia Luſitanorum lib 3. tit. 63. in princip. D. Thomas 2.2. q. 67 art. 2 Oſaſch. deciſ. 1. num. 39. Viui Neapol. deciſ. 178 Tiber. Decian tract. crimin. lib 2. cap. 14. Menoch. conſ. 92. num 80. cum ſeqq. & conſ. 786. num. vlt Maſcard. de probat concl. 948. Caual. deciſ. 25. nu 5. p. 1. & deciſ. 19. num 61. & deciſ 23. num. 10. p. 3. Seraphin. de priuil iuram. priuil. 2. in princ. Clar. receptarum ſentent. lib. 5. § fin. q. 66 numer. 2. P. Leſsi. de iuſtit. lib. 2. cap. 29. dub. 10. numer. 84. Fr. Ludouic. Miranda de ordine iudic. q. 28. art. 3. Sayr. in claui regia lib 12. cap. 8. num. 6. cum ſeqq. Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo iudex num. 7. Farin. in praxi crimin. p. 1. q 21. numer. 163. cum ſeq. Cardin. Tuſch. tom. 4. lit I. concl. 398. Mari. Antonin. vari lib. 1. reſol. 73. num. 7 Vgol. de offic. & poteſt. epiſcop. cap. 26 nu 3. plures refert Cened. ad decretal. collect.
36 101. nu. 11.

Iudex non poteſt comdemnare vltra petita Ordinatio Regia Luſitanorum lib. 3. tit. 63. in princip. & tit. 66. § 1. Valaſc. conſ. 145. à nu 8. D. Barb. in l. ſi cum dotem in princip. nu. 44. ff. ſolut. matrim. Aliâs fatuus reputatur iudex, qui vltra petita iudicat, vt inquit Imperator in l. vlt. C. de fideicom. libert. l. vt fundus, vbi notatur ff. communi diuid. Azeu. l. 10. nu. 115. cum ſeqq. tit. 17. lib. 4. nouæ
37 recopil.

Iudicatus in ſenatu ſtãdũ eſt, l. 1. §. ait l. 1. ſex-

tus



tus ibi ſic eſſe ſæpius iudicatũ, ff. ad Silanian. l. 1. ibi extarentque exẽpla, ff. de officio præf. prætor l. filius ibi, ſic enim inueni ſenatum cenſuiſſe, ff. ad leg. Cornel. de falſis, Valaſc. conſult. 148. num. 34. Gam. Luſit. deciſ. 228. Cabed. Luſit. deciſ. 112 num. 5 p. 1. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 127. num 49. cũ ſeqq. Nam ſententia ſenatus facit ius, quoad omnes ſimiles caſus, vt reſoluunt Cabed. vbi proximè. num. 1. Bernard. Græu. ad pract. cameræ imper. in proœm. num. 5. 19. & 20. cum ſeqq. & num. 26. Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 1. num. 27. & conſ. 59 à num. 10. & conſ. 180. num. 30. & conſ. 671. num. 21. & conſ 676. num. 2. Gam. deciſ. 33. in fin. & deciſ. 174. num. 10. Pinel. in l. 2. C de reſcind. vendit. p. 2. cap. 4 num. 2. Vincent. de Franch. deciſ. 238. num. 3. Guter. pract. lib. 3. q. 16. num. 74. Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 15. num. 27. Afflict. Neapol. deciſ. 169. nu. 9. Ioſeph. Ludouic. Peruſ. deciſ. 90. num. 8. p. 2 Surd. conſ 310. nu. 17. & conſ. 403. num. 83. Camill. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 13. de legibus nu. 15. Et de deciſionibus Rotæ idem reſoluunt Maſcard. de probat. concl. 484. Bernard. Græu. vbi proximè num. 60. cum ſeqq.

38 Pro iudice ſemper iura præſumunt, l. 1. in fine, ff. de officio præſid. l. 2. § ſi publicanus, ff. de vi bonorum raptor. l. nimis, C. de acquir. poſſeſſ. cap. in præſentia de renunciat. Marant. de ordine iudic. 2. p. 6. princip. tit. 9. numer. 21. Cou. de ſponſal. p. 2. cap. 8. § 12. verſ. ex quibus pri-

mo

mo Menoc.conſ.10.nu.1.cum ſeqq.& de præſumpt. lib.2.q.67. Procedit etiam ſi à ſententia ſit appellatum,Surd.de alim.titul 1 q.120.num.11.

39 Iudicijs quaſi contrahitur l.3.§ idem ſcribit ff.de pecul.l.2.ff de prætor.ſtip. Ioan. Maria Bellett. diſquiſitione clerical.p 1.tit.de fauore cler.reali §.1. num.8.pag.275. Ceual.comm contra comm.tom.4. q.897.n.887 Et in iudicijs debet ſeruari æqualitas l.non debet,ff.de reg.iur.l.fin. C.de fruct.& lit. expenſ cap.vlt 3.q.5. Thomas de Thomaſettis reg. 155. Nec facienda eſt exceptio perſonarum, vt infra notatum eſt lit.P.num.20.

40 Iudicium ibi debet finiri,vbi fuit inceptum, l.vbi cæptum,ff.de iudicijs, Surd.conſ.57.num.2.& conſ.222.num.11.Cardoſ.in praxi iudicum, & aduocatorum, verbo lis num 35. Aloyſ.Ricci. in praxi rerum fori eccleſ.deciſ 596.num.3.in.1.edit.& reſol.523.num.3.in.2.edit. Hieronim. Ferdinandez de C.cro in interpretat. cap. gratum de offic. deleg. num.18.

41 Iuditium idem eſt de toto quoad totum, & de parte quoad partem, l.quæ de tota ff. de rei vend.l.a Titio ff.de verbor.oblig.l. iuris gentium §. adeo ff.de pac.l. qui ſcit ff.de vſur. cap paſtoralis §.1.& gloſ.verb. citationis de offic.deleg. l.an in totum ff.pro derelicto cum alijs de quibus per Euerard.in Topic.legal.loco 80. Limitatur hoc axioma quando datur diuerſa ratio Flamin.de reſignat.tom.1,lib.6,q.2.numer.111.

Ioan.



Ioan Pet.Monet.tract.de diſtribut.quotid p.2.q.14. num.32.

42 Iura iuribus expedit concordari l.ſed & poſterioresff.de legibus l.non eſt nouum ff.eod.tit.l.præcipimus in fine C.de appellat.l.vnic.C.de inoffic.doti cap.cum expediat de elect.lib.ſexto Mant.lib.3.dial. 59.à princip.& dial.71.D.Barb.in l.1.ff.ſolut.matrimon.p.1.num.7.cum ſeq.

43 Iura potius ſed adaptant ad ea,quæ frequẽter quam ad ea, quæ raro eueniunt l. nam ad ea ff.de legib.l.iura cum l.ſeq. C.de poſtul. Thomas de Thomaſettis reg.14. de cuius principij intellectu agit Menoch.de interdictis rem.2.adipiſc.poſſ. num.111.

44 Iuramentum non adimit naturam actus cui adijcitur probat tex.in l.vlt.C.de nõ numer.pecun. vbi communiter doct.l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero vbi Iaſ.notab.9.ff.de iure iur.l.fin.ff. qui ſatiſd.cognat.cap quem admodum vbi Abb.notab.7. de iure iu.reſoluunt Bellac.to.1.commun.opin.lib.4. tit 1.de reb.credit.num.72.pag.mihi 438. Anton. Gabr.tom.3.commun.opin.lib.2.tit.de iure iur.concl. 10.pag.mihi 121.Dec.conſ.240.& conſ.351.nu.8. Menoch.conſ.24.num.7.Burg.de Paz conſ.14.n.21. Cacher.deciſ.49 n.9.Tho.de Tho.reg.164.Pichard. in diſp.de mora n.76.& ad princip.inſtit.de adempt. legat.num.18,Tiraquell.de iure conſtit.p.3.limit.7. num.35.& in præfat.l.ſi vnquam num.165.C.de reuocandis donat.Menchaq.de ſucceſſionum creat. §.9.

§.9 à num.19.Cou. in repet. cap. quamuis pactum de pact lib. ſexto p.1. §.4. num.1. & in rub. de teſtam. p.2. num.9. & vari. lib 3. cap.17. num.5 Coſt. in l. ſi ex cautione fallent.9. pag. mihi 108. cum ſeq. Lar. in l ſi quis à liberis. §. parens num 85. ff. de liberis agnoſ. Mol. de primog. lib.4. cap.2. num.56. Gom. l.22 Tauri nu.10. col. antepen. Guter. de iuram. confirm. p 1 cap 37 num 2. & in repet. auth ſacramenta puberum nu.26. C. ſi aduerſus venditionem, Flamin. de reſignat. tom.1. lib.1. q.8 num. 14 & tom.2. lib 13 q.1. num.21. & q.5. num. 17. cum ſeqq. valaſc. conſ.5. num.19. Cald. Pereira de poteſt. eligendi cap.2. num.35. & in reſp. pro Duce Paſtranæ verſ. quæ ſententia, Brunor. à Sole in locis commun. verbo iuramentũ 19. Morl. in emporio iuris p.1. tit. 5. q.1. num.51. verſ. qua de cauſa, Cardin. Mantic. de tacitis, & ambiguis conuent lib.4. tit.32. num.89. P. Soar. de relig tract de iuramento cap.32. num.2. cum ſeq. P. Mol. de iuſtit. tract.2. diſp.151. verſ. ad quartum dicendum, Ceual commun. contra commun. tom.4. q. 900. numer.7. Camill. Borrell. in ſumma omnium deciſ. tit 60. numer.33. Bertazol. in repetit. l. ſi quis maior C. de tranſact. numer 281. & numer. 651. & num.710.

45 Iuramentum debet impleri in forma ſpecifica. cap. ad noſtram in 1. de iure iur. Bertazol. in repetit. l. ſi quis maior C. de tranſact. numer. 723. Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. reſolut. 255. n.3. in 2. edit. Thomas de Thomaſettis. reg. 165.

46 Iu-



46 Iure dantis confirmato, confirmatur ius accipientis l. cum vir ff. de vſucap. l. rem alienam ff. de pignorat. actio l. ſi quis alienam ff. de actio. empt. Gomez. vari. tom.2. cap.2. numer.35. in fine.

47 Iure dantis reſoluto, reſoluitur, & ius accipientis vide infra lit. R. num.23.

48 Iure diuerſo vna eademque res cenſeri non debet l. eum qui ædes ff de vſucap. cap. cognouimus 12. q.2. cap. quia circa 22. de priuileg. cap. cum in tua 30. de decimis Surd. de alim. tit 2. q.15 num.150. cum ſeq. & conſ.152. num 39. Mexi. in tract. taſſæ panis concl.2. num 63. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcopi cap.20. §.10. num.2. Tiraq. de retract. lig. §.1. gloſ.18. num.23. & §.8. gloſ.5. num.14 ante finem & de nobilit. cap.28 n 11. cũ ſeqq. Ceual. commun. contra commun tom.4. q 899. num.36. Gonzal. ad reg.8. Cancel. §.6. proœm nu 64. & 69. cum ſeq. & gloſ.43. num. 160. Ludouic. Rodolphin. vari. quæſt. lib.2. q.42. num.48. Narbona. de appell. a vicario ad epiſcopum p.1. num.81. Rota Romana. apud Farin. deciſi. 669. num.3. tom.2 p.1. Cardin. Tuſch. tom.3 lit. E. concl.54. Anton. Monach. Lucen. deciſ. 21. num.23. & deciſ.67. num.9. Reſpectu tamen diuerſorum diuerſo iure cenſeri debet idem Monach. Florent. deciſ. 28. num.12.

49 Iure ſuo, qui vtitur nemini facit iniuriam l. iniuriarum §.1. ff. de iniur. l.3. §. is tamen ff. de libero homine exhib. l. qui iniuriarum §. is

qui

qui ff. de iure iur. l. iure iurando ff. eo tit de iniur. l. fluminum §. vlt. ff. de damn. infect. l. Proculus ff. eod. tit. l. ſi donaturus §. ſi quis indebitam ff. de condict. ob cauſam l. ſi in meo ff de aqua plu. ar. cap. cum eccleſia 31. verſ. quia de elect. Menoch. de præſumpt. lib. 6. q. 29. Maſcard. de probat concl. 1051. n. 31. Surd. conſ. 374. num. 17. Mari. Ant. vari. lib. 3. reſol. 12. nu. 2. vbi citat Farin. q. 105. num 130. Nau. lib. 3. tit. de præbendis conſ. 32 num 4. Flamin. de reſignat to. 2. lib 13 q 1. num. 164 Ioan. Franciſc. Leo in Theſauro fori eccleſ. p. 2. cap. 3. num. 75 Thomas de Thomaſettis reg 251. Iniuriam nemini facere videtur, qui ſuę conſulit indemnitati l. filio pater ff. de lega. 1. d. l. ſi in meo ff. de aqua pluui arcen. Et in dubio præſumitur quis ius ſuum tueri, non iniuriam committere d. l. fluminum in fi. & l. Proculus ff. de damn. infect.

50 Iure ſuo nullus priuandus eſt abſque culpa ſua l. crimen ff. de pœnis l. ſancimus C. eod. tit. cap. 2. ad finem de his quæ fiunt à maiori parte capituli, ca. 2. in princip. de conſtit. cap non debet 22. de reg. iuris lib. ſexto.

51 Iure eius vti debet, qui in ius ſuccedit alterius l. ſi aquæductus ff. de contrah. empt. cap. is qui in ius 46. de reg. iur. lib. ſexto Rebuf. tract. nominat. q. 8. nu. 12 cum ſeqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel gloſ. 15. §. 1. nu 79. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 5. collect. 1784. Ioan. Petr. Monet tract. de decimis cap. 8 q. 4. num. 50.





52 Iure quod expreſſe ſancitum non reperitur, non eſt ſuperſtitioſis inuentionibus præſumendum l. ſi verò, §. de viro ff. ſolut. matrim. cap. conſuliſti 2. q. 5. Surd. de alim. tit. 1. q. 44 num. 2. & deciſ. 87 & deciſ. 255 nu. 2. & conſ. 158. num. 13. & conſ. 308. nu. 3.

53 Iure communi quod competit, fruſtra precibus impetratur vide ſuprâ lit. F. num. 58. Deceptus non videtur, qui iure communi vſus eſt l. inter eos §. cum inter ff. de fideiuſ.

54 Iuri ſuo quilibet renuntiare poteſt l. ſi quis in conſcribendo C. de Epiſcop. & Cleric. l. pen. C. de pact. cap. ſi de terra de priuil. cap. tuis verſ. Niſi de teſtib. Thomas de Thomaſettis reg. 58. Tiraq. de iure primog. q. 24. num. 4 cum ſeqq. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. R. concl. 170. cum ſeq. D. Barb. in l. alia §. eleganter nu. 12. cum ſeqq. ff. ſolut. matrim. Vitalis de Cambanis tract. clauſularum pag. 203. num. 5 Hieronym. Ferdinandez de Otero in interpretat. cap. 1. de ordine cognit. nu. 27. Morl. in emporio iuris tit. 10. de locato q. 2. nu. 12. P. Azor. inſtit. moral p. 1. lib. 5. cap. 22. q. 10. P. Suar. de legib. lib. 8. cap. 33. Io. Franciſc. Leo in theſauro fori Eccleſ. p. 2. cap. 7. nu. 49. Iuri vero publico, cuius vterq; finis primus tàm ſecundum ordinem intẽtionis, quàm ſecundum ordinem executionis eſt publica vtilitas, nõ poteſt renũtiari, vt poſt Nau. to. 2. de finib. hum. act. nu. 29. reſoluit Armendariz in procœm. addit. ad recop legum Nauarræ num. 23. Non videtur tamen

quis renunciare iuri, quod ignorauit *l. mater decedens ff. de inoffic. teſtam. l. eum qui in princip. ff. eod. l. fin. C. de furtis.* Et iuri non dicitur renunciatum niſi expreſſe *Mari. Anton. vari. lib. 1 reſol* 100 *num. 9.*

55 Iuri ſuo cedere nemo tenetur *cap. quam periculoſum 7 q. 1.* Ius ſuum remittenti amplius non datur regreſſus vt notatum eſt ſuprà *lit. A. num. 26.*

56 Iuris beneficium nemini eſt denegandum *c. frequens §. ſolet de reſtitut. ſpoliatorũ gloſ. & doct. in l. 1. C. ſi aduer. vendi. facit tex. in l. ex aſſe ff. ad Trebellia.*

57 Iuris executio nec metum, nec iniuriam infert vide ſuprà *lit. E. n. 23.* Tueri ius ſuum quis debet, non iniuriam committere *l. 1. § 1. ff. quod vi aut clam.*

58 Ius metimur ex perſona actoris, non ex perſona rei *Surd de alim. tit. 6. q. 4 n. 9. & coſ. 150 nu. 89. Card. Tuſch to. 1 lit. A. concl. 117. nu. 13.* vbi *nu. 14.* aſſerit procedere etiam reſpectu qualitatis, quæ fundat intentionem agentis, quia ſi non eſt probata reus abſoluitur.

59 Ius ex facto oritur vide ſuprà *lit. F. num. 13.* Ius ſingulare non trahitur in conſequentiam *l. quod verò ff. de legib.*

60 Ius quæſitum eſt fortius, quam ius quærendum *l. ſi ita ſcriptum §. 1. l. ſi ita ſcripſiſſet ff. de legat. 2. Ernor. à Sole in locis commun. verbo ius n. 21.*





Vnde quando acquiſitum eſt ius alicui, ab eo etiam ſibi inuito auferri non poteſt *l. fin. ff. de pactis l. id quod noſtrum ff. de reg. iur. Thomas de Thomaſettis reg. 239.* vbi aſſerit procedere quãdo acquiſitum eſt in re, & ad rem, vel irreuocabiliter, ſecus autem ſi in re tantum, & reuocabiliter acquſitum ſit.

61 Ius proprium difficilius amittitur, quã quærendum *Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 67. n. 3.*

62 Ius quærendum facilius remittitur, quam quæſitum *l. fin. C. de acqu. poſ. gloſ. & doct. in l. ſeruus ff. de pactis l. qui autem in princip. ff. quæ in fraudem creditorum Surd. conſ. 351. nu. 38.*

63 Ius quærendũ facilius impeditur, quã quod tollatur ius iam quæſitum *Alexand. conſ. 196. incip. viſis nu. 5. lib. 7. quem citat Card. Tuſch. tom. 3. lit. F concl. 12. nu. 7.* Ius ſpeciale facilius tollitur, quam commune *l. eius §. 1. ff. de mili. teſta.*

64 Iuſte faciens non dicitur grauare vide ſuprâ *lit. G. nu. 16.* Damnum iuſte illatum nemini imputatur *l. ſi ex plagis §. tabernarius ff. ad. leg. Aquili.*

65 Iuſte petita non ſunt deneganda *Cæſar Arg. de contradictore legitimo q. 2. num. 15.* Et iuſta petenti facile aſſentiendum *l. 2. ff. de his qui ſunt ſui l. & Attilicinus ff. de ſeruit. ruſtico prædior.*

66 Iuſte poſsidet, qui auctoritate iudicis poſsidet *l. iuſte poſſidet 11. ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas num. 20 ff. eod. tit.*

*& in l.ſi quis id quod nu.33.ff.de iuriſdict. omn.iudic.Tiraq l.9 connub.in princip.*

67 Iuſte fit, quod lege permittente fit, de quo notatur infra *lit.L.nu.3.*

68 Iuſte quod fit, pœnam non meretur *l.Grachus C.ad leg. Iuliam de adulter. §.iniuria inſtit. ad leg.Aquil.Thomas de Thomaſettis reg.260.*

## L

1 LArgius expendit, qui ſperat ſibi aliqua euenire *l.ſed & ſi 25 ff.de petit.hæreditatis.*

2 Lege quod non cauetur in practica non habetur *Bald. in cap.nihil circa fi.de elect.Ludouic. Rodolphin vari quæſt.lib 2.q.42 nu.39.*

3 Lege permittente quod fit, recte fieri dicitur *l.quis ſit fugitiuus § apud Labeonem ibi quia id facit quod publice facere licere arbitratur ff.de ædilit. edict.* Auctoritate enim legis quod fit, dicitur iuſte,& bene fieri *cap.quid dicam* 14.q.4. *Marc-Anton Genuenſ.in pract.Eccleſ.q.46.nu.4.Pichard. ad rub.inſt.de inoffic teſtamento num.9* Et ea quæ fiunt contra legem,pro infectis habentur *l.non dubium C.de legibus Thomas de Thomaſettis regul.* 107. Et ſuprà notatum eſt *lit.F.nu.29.*

4 Legem quærere vbi eſt ratio naturalis, eſt infirmitas intellectus *Philoſoph.lib.8.Phyſi cap.3.*

*citati*



*citati per Surd.de alim.tit.1.q.28.n.9.& quæſt.44. num.12.& quæſt.45.num.58.* Quia naturalis ratio vim, & robur legis habet *l.cum ratio ff.de bonis damnatorum l.ſcire oportet §.ſufficit ff.de excuſat.tutor.notat Cald.Pereira de empt.cap.1.nu.7.* Et allegari poteſt pro lege *Surd.dict quæſt.28. num.7.*

5 Legem ſuperioris non poteſt tollere inferior vide ſuprà *lit.I.nu.21.*

6 Per legem poteſt fieri,quod fieri poteſt per pactum *l.vlt.C.de fideiuſſor.* nam pacta æquiparantur legi vt dictum eſt infra *lit.P.nu.1.in fine.*

7 Leges nihil fruſtra faciunt *Cæſar Argel de contradictore legitimo q.2.num.200.& q.13.nu.48 & q.18.nu.18 Iaſ.in l.ait.prætor nu.1.de iure iur.Armendariz in proœmio addit.ad recopil.legum Nauar. nu.50.*Lex enim non debet habere vnam ſyllabam ſuperfluam, & vacuam *Gonzal. ad reg.8. Cancel.gloſ.22.nu.5.*Omne enim ſuperfluum eſt à iure reprobatum vt per *eundem gloſ.13 n.72. & eadem gloſ.22.nu.4.*iunctis quæ ſuprà notaui *lit.A.nu.229.*

8 Leges non ſolent quem duplici onere grauare vide infra *lit.O.n.7.*

9 Legibus,non exemplis eſt iudicandum vide ſuprà *lit.E.nu.27.*

10 Legis præcepto obtemperans conſulte agit *l.in ciuilem C. de furtis l.filiæ licet C.de collat.* Nam legis factum excuſat hominis negligentiam

*l. ſi puellam C. ſi mancip. fue. alie.* Et ſub clypeo legis nemo decipi dicitur *l. Paulus ff. de præto. ſtipul.*

11 Legis auxilium fruſtra inuocat, qui committit in legem vide ſuprà *lit. F. nu. 56.*

12 Legis quod ſub generalitate continetur, dicitur eſſe in lege expreſſum *l. fin. ff. quod cum eo Farinac. in praxi crimina. par. 4. conſil. 30. num. 216.*

13 Legis verba cui non conueniunt, non conuenit eius diſpoſitio *l. 4. §. toties vbi Paul. ff. de damno infect. l. quod conſtitutum ff. de mili. teſt. l. Mæuia ff. de manum. teſtam. l. ita autem in princip. & ibi Bart. ff. de adminiſtr. tutor. l. hos accuſare. §. omnibus ff. de accuſat. l. 1. §. loquitur ff. de aqua quotid. & æſti. l. ſi ancillas omnes ff. de legat. 1. l. adigere §. quamuis ff. de iure patr. l. 2. C. commun. de legat. cap. indemnitatibus §. ſed cum eas de elect. lib. ſexto Hyppol. conſ. 25. nu. 10. & conſ. 40. num. 12. Tiraq. in l. ſi vnquam verbo libertis num. 2. C. de reuocandis donat. Surd. deciſ. 122. nu. 13. & conſ. 152. num. 38. & conſ. 174. nu. 8 & conſ. 179. nu. 38. Guter. pract. lib. 3. q. 17. nu. 227. & conſ. 1. nu. 8. & conſ. 21. n. 1. cum ſeqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. num. 24. & gloſ. 45. §. 1. nu. 51. Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 518. nu. 6 in 1. edit & reſolut. 445. num. 6. in 2. edit. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcopi cap 57. §. 2. num. 6. verſ. Tertio Epiſcopus Brunor. à Sole in locis commun. verbo diſpoſitio 14. Anton.*





*Monach. Lucen. deciſ. 13. num. 23. Eſcobar. de ratiocin. cap. 28. num. 17. Mari. Antonin. vari. lib. 3. reſol. 9. nu. 4. Rot. Roman. apud Farina. deciſ. 697. nu. 7. tom. 2. p. 1.*

14 Legis ratione ceſſante, ceſſat quoque eius diſpoſitio *l. in omni vbi Bart. ff de adoptio. l quod dictum ff. de pactis l. fin. ff. de ad Silanian. l. ſi maritus § ſcripſi ff. ad leg. Iuliam de adulter. l. adigere §. quamuis ff. de iur patr. cap cum ceſſante de appellat. cap. & ſi Chriſtus de iure iur. Eucrard. in topic. legal. loco 85. late Tiraq. tract. ceſſante cauſa p. 1. num. 11. Surd conſ. 375. num. 24 Bertazol. in repetit. l. ſi quis maior C. de tranſact. nu. 263. Mari. Antonin. variar. lib. 1 reſol. 35. nu. 8. Pichard. ad princip. inſt. de militari teſtam. nu 4. & in princip. inſt. de lege falcidia num. 28. & ad princip. inſt. de eo cui libertatis cauſa bona addicuntur num. 41.* vbi dicit quod ceſſante vna ratione legis, non ceſſat lex, & *n. 42.* quod ceſſante ratione legis negatiue, & contrarie ceſſat lex. Et legis ratione ceſſante in caſu particulari, non ceſſat eius diſpoſitio *l. proſpexit ff qui & à quibus d. l. adigere ff de iure patron.*

15 Legis caſus vbi eſt, ceſſat omnis diſputatio *gloſ. vlt in l. ancillæ C. de furtis Surd. conſ. 58 num. 3. Mago. Lucen deciſ. 12 num. 18.* quos cum alijs citat *Mari. Antonin. vari lib. 1. reſol. 46. n. 1 & lib. 2. reſol. 51. num. 5 Flamin. de reſignat. lib. 9. in princip. nu. 2. Mendez à Caſtro in praxi Luſit. lib. 3. cap. 15. num. 9. Ioſeph de Seſſe Aragon. deciſ. 153. num. 25.*

Et deficiente lege, vel canone ſola ratio poteſt allegari *l. ſcire oportet § conſequens verſ. Sufficit ff. de excuſat. tuto. cap. fruſtra diſt. 8.*

16 Legitimè factum, nullam pœnam meretur *l. nemo damnum ff. de iure iur. l. qui ſeruum ff. de verbor. oblig. l. Grachus C. ad legem Iuliam de adulter. l. ſancimus C. de adminiſtr. tutor.* cum alijs ſuprà adductis *lit. I. nu. 68.*

17 Legis mens magis eſt attendenda, quam verba *l. ſcire leges ff. de legibus l. non aliter. ff. de legat. 3. l. nominis, & rei § verbum ex legibus ff de verborum ſignific. Surd. deciſ. 35. nu. 14. March. Anton. Genuenſ. in pract. Eccleſ. q. 144. n. 3.* Lex enim, & legis mens idem ſunt *Surd. deciſ. 43. num 9.* A verbis tamen legis non eſt recedendum *d. l. non aliter ff. de legat. 3. cap. vlt. & ibi gloſ. de verbor. ſignifi. Thomas de Thomaſettis in floribus legũ reg. 5.* vbi ait procedere niſi conſtaret voluntatem loquentis aliter voluiſſe.

18 Legum correctio eſt vitanda *Surd. deciſ. 21. num. 19. Cardin. Tuſch. tom. 2. littera C. concl. 1036. & ſeq. Pichard. ad princip. inſt. de lege falcidia num. 34. Armendariz in proœmio addit. ad recop. legum Nauarræ num. 51. Cephal. conſil. 323. à num. 18. volum. 3. Ioan. Pet. Monet. de deſtribu. quotid. p. 2. q. 11. nu. 29.* Et in dubio legum correctio non eſt facienda *l. ſi quando C. de inofficioſo teſtam. l. 1. C. de inoffic. doti. l. præcipimus in fin. C. de appellat. cap. 1. de noui operis nunciat. cap. cum*





*expediat de elect. lib. ſexto Menoch. de adipiſc. poſſ. rem. 4. num. 21. Franc. Becc. conſ. 1. nu. 13.* quos citat *Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 18. num. 12.*

19 Legum interpretatione molliendæ ſunt potius pęnę, quam nimis exaſperandæ *cap. pœnæ de pœnit. diſt. 1.* quia in pœnis benignior fit interpretatio vide infra *lit. P. num. 16.* Mitius agitur cum lege, quam cum homine *glo. fi. in cap. illa de elect. l. celſus ff. de arbit. plene Bar. in l. amplius ff. rem ra. habe Borgh. de irregul. p. 6. num. 19 fol. 413.* quem citat *Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 19. num. 5. Cald. Pereira de emp. cap. 9 nu. 7.*

20 Lex non ad verborum formulam, & ritum, ſed ad effectum ſolum attendere debet *Ferrer in conſt. Cathalon. gloſ. 4. nu. 66.* Ratio enim generalis legis reſtringitur ex mente legis *Surd. deciſ. 9. num. 13. Armendariz in proœm. addit. ad recopil. legum Nauarræ num. 131.*

21 Lex non eſt impoſita verbis, ſed rebus *l. 2. in fine C. commu. de legat. l. fin. C. de vſur. cap. ſecundo requiris de appellat. Surd. de alim. tit. 9 q. 21. num. 20. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 156. num. 17. Ferrer in conſtit. Cathalon. gloſ. 5 num. 160. Scacci. de appel. q. 17. limit. 10. numer. 14. Cardin. Tuſch. tom. 5. lit. L. concl. 272. Armendariz in proœm. addit. ad recopil. legum Nauarræ numer. 104.*

22 Lex quod negat, natura non audet *l. 2. § vlt. ff. de vſufr. earum rerum quæ vſu conſumuntur.*

Et lex naturam ſemper imitatur l. adoptio. 16. ff. de adoptionib. § minorem natu inſtit. eod. Pichard. ad rub. inſtit. quibus modis teſtam. infir. nu. 1.

23 Lex quamuis dura ſeruari debet, & caſus legis attenditur l. proſpexit ff. qui & à quibus Cardin. Tuſch. tom 5. lit. L. concl. 262. Scacci. de appellat. q. 17. limit 48. num. 11. Armendariz in proœm. addit. ad recopilat. legum. Nauarræ num. 152.

24 Lex poteſt plus, quam pactum l. dudum C. de contrah. empt. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. P. concl. 8.

25 Lex non debet eſſe iniquitatis vinculum, Cæſar Argel. de contradictore legitimo q. 19. numer. 72. Non debet alijs legem imponere, qui ipſam negligit obſeruari, cap. pro illorum de præben. & legem quam quis alijs preſcripſit, ipſe eandem ſeruare tenetur, l. ante pen. ff. de admituto.

26 Lex ſemper in potiori ſignificatu eſt accipienda ex reg. l. quæritur ff. de ſtatu hominum l. non aliter ff. de legat. 3. Surd. deciſ. 283. num. 5. & conſ. 288. num. 27.

27 Lex diſponere non dicitur illud, quod præſuponit, l. ex facto in 1. ff. de hæred. inſtit. Surd. deciſ. 195. nu. 8. & notatum eſt infra lit. V. nu. 38.

28 Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. de prætio, ff. de public. in rem act. l. non diſtinguemus, ff. de recept. arbitr. l. præſes, ff. de offic. præſid. l. 2. § conuenire, ff. de iudic. l.

quos



quos prohibet, ff. de poſtul. l. 1. §. generaliter. vbi gloſ. verbum in infinitum, ff. de legat. præſtand. l. quãuis, ff. de in ius vocando l. ſi ſeruum, §. non dixit, ff. de acquir. hæred. l. 1. §. quod autem, & ibi gloſ. verbo ſimpliciter ff. de aleator. l. vni. C. qui pro ſua iuriſdict. l. illam, C. de Collat. cap. Romanorum 9. diſt. cap. conſuluiſti 2. q. 5. capit. ſolitæ de maiorit. & obedient. cap. quia circa 22. de priuileg. clemẽ. vlt. de reſcript. Surd. conſil. 51. num. 7. & conſ. 182. num. 15. & conſ. 301. num. 50. & conſ. 308. num. 3. & conſ. 340. num. 2. & deciſ. 195. num. 4. Bertazol. in repetit. l. ſi quis maior C. de tranſact. num. 354. Ioſeph. Aldrete de religioſa diſciplina tuenda lib. 2. cap. 28. num. 11. Narbona de appellat. à vicario ad Epiſcopum p. 1. num. 27. Iaſ. in l. non dubium num. 38. C. de legibus, Thomas de Thomaſettis reg. 300. Flamin. de reſignat. tom. 2. lib. 12. q. 5. num. 22. Gam. Luſit. deciſ. 105. num. 2. Eſcoba. de ratiocin. cap. 18. num. 42. Ioan. Maria Bellett. diſquiſit. clerical. p. 1. §. 1. tit. de bonis clericorum num. 19. in fin. pag. 489. Cardin. Tuſch. tom. 2. lit. D. concluſ. 508. Luſit. Fr. Anton. à Souſa in relect. de cenſur. bullæ cænæ cap. 2. diſp. 8. num. 1. Ioan. Petr. Monet. tract. de diſtribut. quotid. p. 2. q. 2. num. 37. Cæſar Argel. de contradictore legitimo q. 20. nu. 14. vbi nu. 24. declarat ſi nullo modo dicat nec virtualiter, nec realiter, ſecus ſi ſaltem virtualiter, Armẽdariz in proœm. addit. ad recop. legum Nauar. num. 27. vbi limitat cum alia lex diſtinguit, vel cum ratio

ex

ex illa, vel alijs legibus deſumpta id facit. Et quod lex non dicit, non eſt ab homine præſumendum, *l. diſſentientis. C. de repudijs cap. illane ſede vacante*, *Surd. conſ. 219. num. 21.* Et lex vna in diſtinctè loquens, per aliam diſtinguitur, & limitatur, *l. ſciendum ff. qui ſatiſd cog. l. quamuis, ff. de in ius voc. auth offeratur C. de litis conteſt. l. filius fam. ff. de actio. & oblig. iunc. l. 1. ff. ad Maced. l. iuriſgentium, §. ſi paciſcar. ff. de pact. iunc l. tranſigere, & ibi gloſ. magna in fi. C. de tranſact. Ioan. Maria Bellet. diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de bonis clericorum, §. 1. nu. 20. pag* 489.

29 Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda, *l. de pretio. ff. de public. in rem actio. l. in fraudem, §. vlt. de teſtam. milit. l. 1. §. generaliter ff. de leg. præſtã. l. 1. §. quod autẽ ff. de aleator. l. fin. in fin. vbi Angel. C. de dotis promiſſione cap. ſolitæ. §. fin. de maior & obed. Surd. conſ. 271. num. 28. Valaſc. conſ. 113. num. 21. Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 419. numer. 1. & deciſ. 605. num. 2. in 1. edit. & reſol. 529. num. 2. in 2. edit. Thomas de Thomaſettis reg. 172. Mari. Antonin. vari. lib. 3. reſol. 18. num. 3 Bertazol. in repetit. l ſi quis maior, C. de tranſact. num. 213 Ioan. Narbona de appellat. à vicario ad Epiſcopum p. 1. num. 27. Barthol. Perett. ad extrauag. ambitioſæ de rebus eccleſiæ num. 9. pag.* 85. Reſtringitur tamen ne quis ad lucrum indebitè admittatur, vel nequis damnum indebitè patiatur, *Armendariz in proœm. addit. recopil. legum Nauarræ num.* 76. Et non refertur ad caſus ſpecialiter notatos, *l. ſanctio legum ff. de pœn. l doli clauſula ff. de verbor oblig.*



30 Lex, vel diſpoſitio generalis reſtringitur ex ratione particulari, *l. cum pater, § dulciſſimis, de legat. 3 l. ſi de certa re, C. de tranſact. Flamin. de reſig tom. 2. lib. 9. q. 4. num. 19. Garc. Girond. de priuilegiorum, ſeu exemptionum explicat. num. 526. & num. 276.* Et recipit reſtrictionem de habilitate, *l. vt gradatim §. etſi ff. de muner. & bonor.* cum alijs de quibus *Bertazol. in repetit. l. ſi quis maior num. 216. C. de tranſact.*

31 Lex ſi duplici nititur ratione, quamuis alia deficiat, ſuſtinetur tamen deciſio propter alteram, *§. affinitatis inſtitut. de nupt. Valaſc. conſ. 60. num. 6.*

32 Lex ſi aliud voluiſſet, expreſſiſſe iuxta regul. *l. vni. §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tol. l. ſi ſeruus, §. prætor ait verſ. non dixit, ff. de acquir. hæred. cap. ad audientiam 2. de decim. cap. 2. de tranſlat. prælati, cum traditis per Tiraq. in l. ſi vnquam verbo libertis num. 3. C. de reuocandis donat. Menoch. conſ. 1. num. 178. & conſ. 140. num. 4. Surd. deciſ. 88. n. 4. & deciſ. 322. n. 22. & conſ. 245. n. 45. vol. 2. Guter. pract. lib. 3. q. 22. numer. 7. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. §. 1. numer. 33. & gloſ. 42. num. 11. Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo lex numer. 28. Cardin. Tuſch. tom. 8. lit. V. concluſ. 89. numer. 5. Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 1.*

reſol.1. num.10. Lex id noluiſſe prǽſumitur, cum facile id exprimere potuiſſet, neque expræſsit, Menoch conſ.30. numer.8. Armendariz in procemio addit.ad recopil. legum Nauarræ n.150.

33 Libera quælibet res præſumitur â ſeruitute, l fluminum. §. vlt. l. Proculus, ff. de damn. infect. l. altius, & l. ædibus, C. de ſeruit. & aqua, & inſtit. de liberti. in princip. Menoch. de præſumpt. lib. 3. q. 89. n.1. & q 91. & lib.6. q. 29. & conſ.2. nu 43. & conſ.127. num.17. & de arbitr. iudicum lib.2 caſu 156. & conſ.395. num.2. cum ſeqq. Maſcard. de probat. concl. 79. & concl. 209. & concl. 1214. num. 17. & concl. 1305. Bertaz. tract. clauſular. inſtrum. clauſ. 21. gloſ. 1. nu. 1. Bonac. tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 21. communia ſeruitutum nu. 56. pag. 425. Alciat. de præſumpt. regul. 2. præſump. 3. Rebuf. in tract. congruæ portionis nu. 127 Valaſc. conſult. 82. nu. 6. & de iure emphyt q. 51. Surd. deciſ. 177. nu. 1. Theſaur. deciſ. Pedam. 216. Myſing cent 5. obſeruat. 25. Caſtil. lib. 1 controu. cap. 7. nu. 10. Brunor. à ſole in locis commun. verbo res 4. Mari. Antonin. vari lib. 1. reſol. 95. n. 8. Amplia etiam extante quaſi poſſeſsione ſeruitutis, Menoch. d. q. 89. nu. 6. & conſ. 75 num. 4.

34 Liberalis nemo exiſtit in neceſsitatibus, l. rem legatam, ff. de adimend. legat. cum ſimilibus, de quibus per Tiraq. in l. ſi vnquam verbo donatione largitus nu. 106. C. de reuocandis donat. cum alijs infra citatis lit. N. num 9.





35 Liberalitatem non dicitur exercere, qui debitum ſoluit, l. proximè, ff. de ritu nupt. l. ſi ſeruo, ff. de hæred. inſtit. Surd. de alim. tit. 1 q 108. num. 5.

36 Limitata cauſa limitatũ producit effectum, vide ſupra lit. C. num. 12.

37 Locupletari nemo debet cum alterius iactura l nam hoc natura, ff. de condict. indeb. l. naturaliter, §. fin. l. hæc condictio 66. ff. eod. l. bona fides 50. ff. de actio emptio. l. iure naturæ 206. ff. de reg. iur. l. vlt. C. de vſucap. pro empt. cap. ſuam de pan. cap. locupletari 47. de reg. iur. libro ſexto. Vitalis de Cambanis tract. clauſularum pag. mihi. 15. num. 11. Cæſar Argel. de contradictore legitimo q. 20. num. 48. Anton. Monach. Lucenſ. deciſ. 23. num. 23. Pichard. ad §. ſed. naturalia inſtit. de iure naturali num. 3. & in diſp. de nobilit. communicat. num. 73. Thomas de Thomaſettis reg 24. Maria. Antonin. vari. lib. 1 reſol. 23. num. 3 & lib. 2. reſol. 41. nu. 13. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcopi cap. 18. §. 2 num. 4.

## M

1 MAgis, & minus non differunt ſpecie, l. vlt. ff. de fundo inſtruct. l. ſed etſi manente ff. de preca. l ſi is cui ff. quemadm. ſeruit. amit. Surd. conſ. 305. num. 66. & conſ. 368. num. 13. cum alijs infra citatis lit. P. nu. 24.

2 Maior ratio elidit minorẽ l. ſi debitori in fine ff. de fideiuſſor. l. cui pacto ff. de ſeruis exportandis.

3 Maiori ſumma ineſt minor *l.1. §. ſi ſtipulanti ff. de verbor. oblig. cap.* 1 *vbi latiſſimè canoniſtæ de arbitrar. in* 6. *Cardin. Tuſch. tom.*7. *lit.S. concl.* 885. *Pichard. ad § præterea. num.* 8. *inſtit. de inutil. ſtipul Cardin Seraphin. Rotæ Romanæ. deciſ.* 267. *num.*4. vbi aſſerit, quod fallit, quando ſummæ diuerſitas conſtituit ſpecierum diuerſitatem. Verum huic regulæ oponi videtur *tex. in l. ſi decem* 54. *in princip. ff. locati*, vbi diſpoſitio concepta ſuper maiori ſumma non verificatur in minori. Cõmunis intellectus eſt ſecundũ *Bart. in d. § ſi ſtipulanti*, propterea ibi diſpoſitionem conceptã ſuper maiori ſumma, nõ verificari in minori quia agitur de cauſa onerosa, in qua nõ procedit principiũ ſed tantum in cauſa lucratiua, ſequuntur *Gom. de contractib. cap.*9. *n.*4. *Coſt. lib.* 1. *ſelect. cap.* 2. *num.* 1. *Conan. comment. lib.* 7. *cap.* 11. *num.*4. Conuincitur tamen ex *eod. tex. in d. l. ſi decem ſecundo caſu.* vbi probatur maiorem ſummam prolatam à conductore verificari in minori per ſe. Vnde reiecto hoc intellectu conſidero diſpoſitionem conceptam ſuper maiori ſumma non verificari in minori niſi appareat veroſimiliter diſponentem intendiiſe quamcunque ſummam contentam ſub maiori, cum verò primo caſu *d. l. ſi decem* maior ſumma proferatur à petente, ſcilicet à domino rei locatæ, ideo non videtur conſentire in minori ſumma, quia eſt ei præiudiciale,



le, attamen ſecundo caſu maior ſumma profertur à promittente, ſcilicet conductore, & ideo in minori conſenſiſſe videtur, nam veroſimiliter præſumitur conductorem, qui in maiori ſumma conſenſit à fortiori conſentire in minori, ſi intelligeret locatorem minus velle locare, quia per hoc fit melior conditio ipſius. Senſus autem *tex. in d. § ſi ſtipulanti*, ex quo deſumitur regula hæc (omiſsis varijs intellectibus, de quibus *Menchaq. de creat. ſucceſſ. §.* 10. *numer.* 142.) poteſt verificari legendo illũ continuatiuè ad *verſ. Niſi ſtipulatori* ſuprà proximè præcedentem, & ita loquitur caſu quo diuerſitas promittentis maiorem, vel minorem ſummam incontinenti placuit interroganti, & ita ex eo, quod fuit ſequuta complacentia ſtipulatoris in diuerſitate ſummæ promiſſæ, propterquam valet ſtipulatio in minori ſumma.

4 Maius cui conceditur, & minus concedi videtur, *l. filiusfam. § fin. ff. de donat. l. Marcellus ff. de donat. cauſa mortis, l. non debet, ff. de regulis iuris, cap. ex parte* 27. *de decim.* nam minus ſemper ineſt in eo, quod plus eſt, *l in eo, ff. de regulis iuris, Farina in praxi crim. p.* 4. *deciſ.* 10. *num.*6. Regula hæc non habet locum in diſpenſationibus, vt per *Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori Eccleſ. reſolut.* 227. *num.*4. *in* 2. *edit.* Et maius, cui licet, non debet quod minus eſt non licere, vt notatum eſt infra *lit. P. nu.* 23.

P 5 Mala

5 Mala non ſunt facienda, vt inde eueniant bo-na, *ex D. Paulo ad Rom. 13 refertur in cap. ex tuarum de ſortileg. cap. ſuper eo de vſur. Tiraq. de pœnis temper. cauſa 52. num. 8. Palat. in repetit. cap. notab. 6. num. 2. & 3.*

6 Male agens odit lucem ex auctoritate *Christi Domini Ioan. 3.* & probant *text. in l. 1. §. tria lumina, vbi gloſ. ff. de ventr. inſpic. l. donator, vbi gloſ. verbo occultè, C. de donat. refertur in cap. conſuluit 24. vbi gloſ. verbo qui malè de offic. deleg. cap. perniciosam 18 quæſt. 2. cap. 1. verſ. Porrò vt Eccleſiaſtica beneficia, cap. cum ex iniuncto de hæreticis, Surd. conſil. 132. num. 24.* Vnde *Horat. epiſtol. lib. 1. epiſt. 2.*

Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones

6 Ratio vbi eſt eadem, debet eſſe eadem iuris diſpoſitio, *l. illud ff. ad leg. Aquil. l. illud. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. ſi poſtulauerit, §. 2. ff. ad leg. Iuliam. de adulter. l. quidã nummularios ff de eden. l. nauta. §. fin. ff. nautæ caupon. l. à Titio, ff. de furt. § pari ratione, inſtit. quib. mod ius patr. poteſt. ſoluit iuncto §. ſi igitur inſtitut. quod cum eo, Narbon. de appellat. à vicario ad Epiſcopum p 2. nu 6. Thomas de Thomaſettis reg 299. Surd conſ. 301. nu. 19. & deciſ. 52 nu 10. Trentaſinq. vari. lib 1 tit. de ſtatutis, reſol. 1. ſub n. 2. §. primo, Farin in praxi crimin. p. 7. in fragmen. lit. E. nu 51. cum ſeqq. Cæſar Argel. de contradictore legitimo q. 10. n. 115. Portol in tract. de conſortib. & fideicom. legali cap. 5. num. 14. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſc. cap. 13. § 27. nu. 1. verſ. Quid igitur, & c. 49. §. 4. nu. 2.* Non procedit in ſtatutis iuris correctorijs, *Portol. cap. 6. nu. 15* vbi proximè. Et vbi eſt eadem ratio, dicitur adeſſe eadem lex non extenſiuè, ſed comprehenſiuè, vt per *tex. in d. l. illud, C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. his ſolis, verſ. Satis etiam cautè putamus, C. de reuocandis donation. l. item veniunt, § ait ſenatus, ff. de petit. hæred. & Tiraq. latè plura adducentem in l. ſi vnquam verbo libertis n. 45 & 46. C. eod. tit.* ita reſoluit *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. procem. nu. 105.* notat etiam *Rebuf. in comment. ad tit. ff. de verborum ſignificat. ad l. in lege cenſoria 203. §. itemq; de ſeruis, verſ. Colligitur ex hoc tex pag. mihi 647. Surd. deciſ. 276 nu. 8. Guter.* cum multis per eum adductis *pract. lib. 3. q. 17. n 84. cum ſeqq.* Idem etiam procedit in lege pœnali, vt ex *Villagut. tradit Perez de Lara. de capellan. lib. 1. cap. 5. n. 24. Cardoſ. in praxi iudicum verbo lex nu. 24 & verbo pœna n. 25. P. Rebel. de oblig. iuſtit. p. 1. lib. 1. q. 6. ſect. 4. n. 20. Mari. Antonin. vari. lib. 3. reſol. 39. n. 1.* Et vbi diuerſa ratio reddi non poteſt, diuerſum ius induci non debet, *l. 3. §. 1 ff. de iniuſt. rup. teſtam l. à Titio ff. de verbor. oblig.* Et diuerſitas rationis, diuerſitatem iuris inducit, *l. inter ſtipulantem, §. ſacram. ff. de verborum oblig. l. fin ff. de ritu nupt.* Et ratio vbi eſt diuerſa, diſpoſitio quoque diuerſa eſſe debet, *l. ſi ita, ff de manum. teſt. l. ſi ſeruus, ff de ſtatulib. Dec. conſ. 394. nu 3. Surd. conſ. 67 nu. 19.*



7 Ratio eadem eſt de parte, quo ad partem, quæ de toto quo ad totum, vide ſup. *lit. I. n. 41.*

8 Ratione quod caret, in ciuile dicitur, *Ludou. Rodolphin. vari quæſt. lib. 2. q. 46. nu. 2.*

9 Ratione legis ceſſante, ceſſat quoque eius diſpoſitio, vide ſuprà *littera L. num. 14.* Ratio naturalis habet vim legis, notatum eſt ſupra *lit. L. nu. 4.*

10 Regulæ in dubio inhærendum eſt, donec exceptio probetur, *l. illud, C. de ſacroſanctis Eccleſijs l. vltima, C. de hæred. inſtit. l. apud antiquos, C. de furtis, l. ab ea parte, ff. de probat. cap. 2. de coniug. lepros gloſ. in rub. de regul. iuris lib. ſexto, Menoch. conſil. 88. nu. 51. & conſ. 187. num. 25. & de interdictis remed. 14. recuper. poſſeſſ. num. 32. Surd deciſ. 255. nu. 2. & deciſ. 322. nu. 40. cum ſeqq. & conſ. 356. nu. 18. Cardin. Mantic. de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 5. tit. 15. nu. 31. Cou vari. lib. 2 cap 12. nu 4 Cald. Pereira de extinct. emphyt cap. 2. nu. 26. Gonzal. ad regul 8. Cancel. gloſ. 8. num. 70. cum ſeqq. Brunor. à Sole in locis commun. verbo regula, Ioann. Petr. Monet. tractat. de diſtribut. quotid. p. 1. q. 9. num. 56. & par. 2. quæſt. 10. num. 25. Aloyſ. Ricci. deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapol. deciſ. 138. n. 1. p. 2.* Et regulæ eſt ſtandum, donec probetur limitatio, *Aloyſ. Ricci. dict. par. 2. deciſ. 107. num. 2.* Et ſecundum regulam ſemper eſt pronuntiandum, *Mendez à Caſtro in praxi Luſit. lib 3. cap. 15. num. 9.* Et qui regulæ contradicit, id expreſsè probare debet, *l ab ea parte, ff. de probat. cap ad decimas, de reſtitu. ſpoliator. Bertazol. in repetit l. ſi quis maior, C. de tranſact. num. 603.* vbi *num. 604.* reddit rationem, quia tenaces ſunt regulæ iuris, â quibus non eſt recedendum, niſi contrarium expreſsè reperiatur in iure. Et qui habet regulam pro ſe, habet intentionem ſuam fundatam, *Guter. de iuramen. confirm.*



*firm. par. 1. cap. 1. num. 64. & pract. lib. 3. quæſt. 4. num. 13. & quæſt. 76. num. 8. Bernard. Græu. ad pract. cameræ imper. lib. 1. concluſ. 36. conſid. 1. Cardin. Tuſch. tom. 6. littera R. concluſ. 94 Mari. Anton. vari. lib. 2. reſol. 59. caſu 12.* Ita vt ab onere probandi releuetur, *Maſcard. de probat. concluſ. 1261.*

11 Rei ſuæ quilibet liber eſt moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mandati, l. in traditionibus, ff. de pactis Thomas de Thomaſettis regul. 98 Rota Romana apud Farina deciſ. 105. num. 6. tom. 1 p. 1. Menchaq. quæſt. illuſtr. cap. 28. nu. 15 Perez ad l. 1. verſ. Ex qua infertur tit. 2. lib. 5. ordin pag mihi 76 Mari. Antonin. vari. lib. 2. reſol 45 num. 6. P. Molin. de iuſtit. tractat. 3. diſp. 1. concl. 1. Eſcobar de ratiocin. cap. 9. nu. 50. Cardin. Tuſch tom. 2. lit. D. concl. 486. & tom. 6. lit. R. concl. 112. Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori Eccleſ. reſol. 149 nu. 4. in 2. edit. Thomas de Thomaſettis reg. 247.* vbi aſſerit procedere, niſi lex in aliquo caſu reſiſtat, vel dummodo quis alterius conditionem deteriorem non faciat. Vnde in traditione rei ſuæ poteſt quis apponere legem, quam velit *d. l. in traditionib. l. ſi quid poſſeſſorem, §. ſic autem l. ſed etſi lege, § conſuluit ff. de petit. hæredit. l. legem, C. de pactis, l. legem, C. de donat.* cum alijs, de quibus per *Surd de alim tit. 8. priuileg. 56. n. 93. & tit. 9 q. 18. n. 13. & 14. & deciſ. 62. nu. 6. Cald. Pereira de poteſt. eligendi cap. 16. nu. 6. & de extinct. emphyt. cap. 3 nu. 11. Cabed p. 2.*

T 3 *deciſ 31.*

*deciſ.31.in princip.Bouadil.in ſua polit. lib.3.cap.4. nu.63.Stephan.Gratian.diſcept.forenſ.cap.175.n.5. Cened. pract.q.35.*

12 Rei partes fauorabiliores ſunt partibus actoris, *l.fauorabiliores, ff.de reg iuris, l matrem, C.de probat. cap. ex parte de reſcriptis, Thomas de Thomaſettis reg* 120.vbi dicit procedere in fine litis, quia in principio magis fauendum actori, quod etiam aſſerit *reg.*270.

13 Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, *l aſſe toto, ff. de hæred. inſtit. l.ſi ita ſcripſero ff.de condit. & demonſtr. l.ait prætor, §.1. ff.de re iudit. Menoch.conſ.1.nu.83 Surd.deciſ.212. nu.14.& deciſ.291.nu.17.& 18.& conſ.362.n.8. Gutter.conſ.18.nu.56.cum ſeq.Tiraq.de lege connub. gloſ.7.n.187 Cald. Pereira de poteſt.eligendi cap.16. nu.17.& num.33.Bouadil.in ſua polit.lib.1. cap.4. nu.22.Stephan.Gratian.diſcept forenſ.to.3 cap.501. nu.16.& 17.Ceual.commun.contra commun.tom 4. q.905.num.13.& 14. Brunor. à Sole in locis commun.verbo relatio 5. Luſit.Benedict.Ægid.in repetit.l.ex hoc iure.ff de iuſtit & iure p.1.cap.8.n.91. verſ.Nihilominus, Cæſar Argel.de contradictore legitimo q.10.nu.87.Ioſeph.de Seſſe Aragon.deciſ.115. nu.74.Cardin.Tuſch.tom.6.lit R.concl.129 Mantica Rotæ Romanæ deciſ.137.nu.6.Campanili in diuerſorio iuris canon. rub.12.cap.7.num.27. prope finem, Mari.Antonin.vari.lib.2.reſol.59.caſu 16.*Rota Romana *apud Farin.deciſ 35.num.6.tom.1.par.1 &*





*deciſ.187.num.7.ibid.& deciſ.457.nu.2.* Et relatio reſtringitur, & limitatur ad illud, quod in relato continetur tantum, & non amplius, *Ioſeph.de Seſſe Aragon deciſ.125.n.41.& deciſ.187 num.110.* Et referenti non creditur, niſi contet de relato, *d. l.aſſe toto, auth.ſi quis, C.de eden. Surd.conſil.5 num.57. Mari. Antonin. vari.lib.1. reſol.38.nu.5.& reſol.64.num.7.& lib.2.reſol 8. num.12.*

14 Remedium ordinarium vbi datur, non conceditur extraordinarium, vt pro regula conſtituit *tex. in l.quædam in princip. ibi, quia id conſequi &c. ff.de edendo, l.cum ſinc, ff.de Carbon.* & in terminis reſtitutionis *tex. in l.in cauſa 17. ff. de minor reſoluunt Zazi.lib.1.reſponſ.cap.20.Alphan. collect.755. Menoch.de interdict. remed.15.recuper. poſſeſſ.nu.12.Maur.de in integr.reſtit.cap.11.Sfort. eod tract.p.1.q.17. Cald. Pereira in l ſi curatorem, verbo per quod priſtinum num.16.& verbo implorare num.9.C.de in integr reſtit.minor. Morl.in emporio iuris par.1.tit.5.q.3.nu.2. Dom.Chriſtopho. de Paz in ſchol ad leg.Stylli l.171.num.1.D.Barb.in l.quia tale nu.63 ff.ſolut.matrim.Card.Tuſch.tom.5. lit.O.concluſ.182.* Procedit & intelligitur principium hoc, ſi remedium extraordinarium vtilius non ſit ordinario, ex *Zazi. num.20. Maurit.7.Sfort.33 Morl.12.dictis locis, Pinel.in l.2. C.de reſcind. vendit. par.3.cap.1.num.19* Limitatur tamen ſi remedium extraordinarium

vtilius ſit ordinario, ſecundum quæ rectè procedit receptiſsima doctrina, quæ minori habenti remedium ordinarium, non denegat reſtitutionem, quoties per hanc plenius, ſeu, vt ipſi loquuntur, pinguis minori ſuccurritur, notant *doct. in l. in prouinciali, ff. de noui operis nunciat. Tiraq. in l ſi vnquam verbo libertis nu* 114. *C. de reuocandis donat. Maurit. d. cap.* 11. *num.* 7 *Cald. d. l. ſi curatorem verbo læſis nu.* 11.

15 Remedio nouo indigent, quæ de nouo emergunt, vide ſuprà *lit. E. nu.* 8.

16 Reprobatio vnius ex duobus propoſitis, videtur includere approbationem alterius *l. Tribunus, §. fin. ff de teſtam. milit. vbi Bald. cap. nonne de præſumpt. Surd. deciſ.* 195. *num.* 3. *D. Barb. in l. cum prætor in princip. nu.* 37. *&* *nu.* 53. *cum ſeq. ff. de iudicijs.*

17 Res tranſit cum ſuo onere ad quemcumque vadat, *l. is cui opus, vbi latè Iaſ nu.* 6. *ff. de noui operis nunciat. l. ſi conuenerit, §. ſi fundus, ff. de pignor. acti. l.* 1, *C. de diſtra. pignor. l. Iulian. l. Caius, vbi Bart. ff de manum. teſtam. l. Pomponius, §.* 1 *ff de acquir. poſſeſſ. l. fin. §. fi. ff. de contrah. empt. l. via conſtituti, § ſi fundus ff. de ſeruit. ruſtic præd. cap. ſi quis laicus, & ibi gloſ.* 16 *q.* 1 *cap. ex litteris, de pignor. cap paſtoralis, de decimis, Ordinatio regia Luſitanorum lib.* 4 *tit.* 3. *in princip. Bellacomb. tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *titul. communia ſeruitutem num.* 67. *pag. mihi* 426, *Menoch. conſ.* 2, *num.* 31, *& conſ.* 63. *num.* 11.



*num.* 11. *& conſ.* 80. *num.* 79. *Cabed. Luſit. deciſ.* 52. *num* 1. *p.* 2. *D. Barb. in l poſt dotem num.* 5. *ff. ſoluto matri. Cald. Pereira de extinct emphy. cap.* 3. *nu.* 33. *de empt. cap.* 10. *num.* 10. *& cap.* 27. *num. vlt. Card. Tuſch. tom.* 5. *lit. O concl.* 145. *Ioan. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ. p.* 2. *cap.* 15. *nu.* 41. *Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. reſol.* 529. *num.* 6. *in* 2. *edit. Ioa. Mari. Bellet. diſquiſit. clerical. p.* 1 *tit de exēptionibus clericorum, & eorundem bonorum à muneribus publicis. §.* 3. *n.* 2. *pag.* 357 *& tit. de clerico debitore §.* 8. *nu.* 6. *pag.* 444. Quod axioma intelligitur, quando onus eſt reale, non verò quando eſt perſonale, *d. l. vlt ff. de contrah. empt. l. cum cui C. de actiō & obligat. l. cogi, § vnde quæritur ff. ad Trebell. l. vlt. C. de hæred. act. l. cum fundo & ibi Bald. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. notat Bellac. d num.* 67. *Cald. in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate num.* 80. *C. de in integr. reſtit. minor.* Amplia rem tranſire cum ſuo onere etiam in ſingularem ſucceſſorem per *tex. in d. l. cum fundo, ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. l.* 3. *C. de ſeruit. Bellett. d. §.* 8. *num.* 7. Etiam ſi res tranſeat in priuilegiatum, vt in eccleſiam, *Duenh. reg.* 100. *num.* 14. *Crau. conſ.* 217. *nu.* 5. quos cum alijs citat *Bellett. d. §.* 8. *num.* 8. Vel in fiſcum vt per *Menoch. conſ.* 75. *num.* 63. latiſsimè *Tiraq. de retract. conſang. §.* 1. *gloſ.* 9. *num.* 112. *& gloſ.* 10. *num.* 13. quos adducit idem *Bellet. d. §.* 8. *num.* 9.

18 Res vna, & eandem non debet diuerſo iure

 cen-

cenſeri vide ſupra *lit.I.num.*48.

19 Res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, *cap.omnis* 27.*q.*2. *cap.omnis res,de regul.iuris,in antiq.Narbona de appellat. à vicario ad epiſcopum p.*1.*num.*95.*Valaſc.conſult.*130 *num.*17. Vnde eadem ſolemnitas requiritur in reuocatione actus, quæ in confectione ipſius, *Duen.reg.*187.*verſ.*18. *Cald.Pereira de poteſt. eligendi cap* 7 *nu.*13.

20 Res ſua nemini ſeruire poteſt, *l.ſi rem alienã la* 2.*ff.de pignorat act.l.in re communi.ff.de ſeruit. vrban.præd l.vti frui ff ſi vſusfructus petatur, Surd. de alim.tit.*8.*priuil.*49 *num.*7 *& deciſ* 76.*nu.*2

21 Res iudicata pro veritate habetur, & facit rem notoriam, & de albo nigrum *l.ſi non ſortem §.heredi ff.de condict.indebiti l.cum putarem ff. famil.herciſc.l.ingenuum ff.de ſtatu homin.l. res iudicata ff de reg iuris l.1.C quando prouoc.doct.in cap. ſuborta de re iudic.Maſcard.de probat. concl.*1296.*à num.*14.*cum ſeqq.Surd.deciſ.* 170.*nu.*15. *& deciſ.* 289.*num* 1.*& conſ.*91.*nu.*2.*& conſ.*106.*nu* 13. *Brunor. à ſole in locis commun. verbo ſententia* 48. *Farinacius.in praxi crimin q.*21.*numer.*35 *Anton. Monach. Florent.deciſ.*35. *numer.*1. *& numer.* 24. *&* 25. *Cardin. Tuſchus tom.*6. *litera* R. *concl.* 267. *Mari. Antonin. vari. lib.*1. *reſolut.*76. *numer.*2. *& reſol.*94. *numer.*11. Et ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam præſumitur iuſte lata *l.Herennius §. Caia ff.de vſur. cap.in præſentia de renunciat.*

*nunciat.*



*nunciat.Gam.Luſit.deciſ.*110. *num.*1. *Cald. Pereira de empt.cap.*34 *num.*40 *Rota Romana apud Farin. deciſ.*94.*num.*1.*tom.*1.*p.*1. *Mari. Antonin. d.lib.*1. *reſol* 50.*num.*30.*& reſol.*71.*num.*4.*& lib.*3.*reſol.* 13.*num.*1. Et facit ius quod ad omnes *l. ſi ſeruus §.ſi hæreditatis verſ.& cum ius ff.de legat.*1. *Rota Romana apud Farin.deciſ.*78.*n.*1.*tom.*1.*p.*1. & habet vim conſuetudinis,& legis, *Gam.deciſ.*174. *num.*10. Limita primo in ſententia lata in cauſa criminali, quæ non tranſit in rem iudicatam, *Mendez à Caſtro in praxi Luſit. lib.*2. *cap.*9. *num* 7. *in fine.* Limita ſecundo in ſententia lata in cauſa matrimoniali, quæ etiam non tranſit in rem iudicatam.*cap.lator, de re iudic. Vezin.tom.*2.*commun.opin.lib* 7.*tit.*14. *num.*178. *pag. mihi* 271. *Ioach.Beuſt.tract.de matrimon. cap.*39. *Hieronim.à Laurent Auen.deciſ.*70.*num.*3.*P.Sanch.de matrim. lib.*7.*diſp.*100.*Con.de ſponſal.p.*2. *cap.*8.§.12. *Bernard.Græu.ad pract.cameræ imper.lib.*1. *concl.*112. *Cardoſ.in praxi iudicum,& aduocatorum verbo ſententia num.*85. *Brunor à ſole eod. verbo.n.*28 *Sigiſmund.Scacc.de appellat.q.*17.*limit.*34.*num.*6.*Mari. Antonin.d.lib.*1.*reſol* 93.*nu.*7.*&* 8. quamuis fuerit deciſa per iuramentum, *Seraphin. de priuileg. iuram. priuil.*102. *numer.*8. *limit.*1. Limita tertio in ſententia excomunicationis, *Sanch.d. diſp.*100. *numer.* 11. *Scacci.d. tract. de appellat. q.*12. *numer.* 150. Limita quarto in ſententia nulla, quę deinde non tranſit in rem iudicatã,

*Magon.*

Magon Lucen.deciſ.62.num.15.& deciſ.98.num.5.
Put.deciſ.374 & 389.num.3.p.2. Surd.conſ.61.
num.53.Van.de nullit. in rub.quoties.& intra quod
tempus,&c.num.8. Azeu.l.2.nu.23.titul.17.lib.4.
nouæ recopil. Amator.Roderic.in pract. cap.vlt.p.2.
nu.10.& 11.Cald. Pereira quæſt.forenſ.lib.2.q.37.
à princip.Mari.Antonin.d.lib.1.reſol.77.nu.14.&
reſol.109.num.3.& 4. Nec parit exceptionem
rei iudicatę l.4.§.condemnatū, ff.de re iud.Tiraq.
retract.lig.1.§.1.gloſ.2.à nu.5. Rebuf.tom.1. ad leg.
Galliæ tit.de ſentent. excut.art. vlt.num.4.pag. mihi
256.cum ſententia nulla non ſit ſententia, l.vlt.
C.de ſent. ex breuiloq. recit. clem. paſtoralis, §.vt
igitur,de re iud.Tiraq.in l.boues, §.hoc ſermone,ff.de
verborum ſignificat. limit.1.num.9. Limita deni-
que in ſententia notoriè iniuſta, quę nunquam
tranſit in iudicatum, Surd. deciſ. 260 nu.30 &
conſ.61.nu.24. quem cum alijs citat Mari.Antonin.
d.lib.1.reſol.57.num.4. Iniuſtitia enim notoria
æquiparatur notoriæ nullitati ex citatis per
eundem Mari.Antonin.d.lib.1.reſol.77.nu.13.

Res inter alios acta alijs nocere non debet,
23 in iure communi probat text.in l.de vno quo-
que, ff. de re iudic.l. ſæpè conſtitutum eſt, ff. eod.
tit. l.nam & poſtea in fin. ff. de iure iur. l.quia
non debet, ff. eod. l. Lucius ff. de his qui notantur
infamia, l. Modeſtinus reſpondit ff. de except. l.
Claudius, ff. qui potior, in pign. hab. l.ſi petitor,
ff.de iudic. l. ſi vnus, §. pacta in fine ff. de pa-
ctis,



ctis.l.1.cum multis alijs, ff.de except. rei iudicatæ, l.
res inter alios acta, ff.de regul.iuris, tit.C.res inter
alios acta, l.optimam, C.de contrah.empt.cap. inter
dilectos,de fide inſtr.cap.veniens,de tranſact. cap.ſu-
per eo, de officio delegati. Et apud noſtros Luſita-
nos conſtitutū eſt per Ordinationē regiam lib.3.
tit.81. in princip. Et apud Hiſpanos extat l.20.
tit.22.par.3.vbi gloſ.1.exornant Tiraq. tract.ſpe-
ciali,res inter alios acta, Menoch.conſ.28.n.28.& de
retin poſſeſſ.rem.3 n.571.Maſcard.de probat concl.
394.num.29 & concl.1243.& concl.1267.nu.2.
Thomas de Thomaſettis reg.273. Hieron.de Laurent.
deciſ.Auen.82.num.1. Mari. Antonin. var. lib.1.
reſol.106.num.7 & nu.38.& 45 & lib.3. reſol.
1. num.7. Menchaq. quæſt. vſufrequent. cap. 23.
num.13.cum ſeqq.Couar. pract. cap.13.num.4 &
cap.14.nu.15 & 16.Surd.conſ.577.nu.25. Cardoſ.
in praxi iudicum, & aduocat.verbo exceptio nu.20.
& verbo res num.25. cum duobus ſeqq. & verbo
ſententia num.67. Brunor.à Sole in locis commun.
verbo res 12. Cardin. Tuſch. tom.6. lit. R. concluſ.
264. cum ſeq. Cæſar Argel de contradictore legitimo
q.7. numer. 80. & q. 10. numer.264.& q.2.nu-
mer 114.

23 Reſoluto iure dantis, reſoluitur & ius ac-
cipientis,l.lex vectigali 31.ff de pignor.l.ſi ex duo-
bus,§.1.ff.de in diem adiect.vbi Bart. Alberic.Bald.
& Salic.hanc regulam conſtituunt, cap.nuper,de
donat.inter virum, & vxorem, deciſ.Pedam.156.
num.12.

num. 12 Gom. vari tom. 2. cap. 3. nu. 8. in fine. Mari. Anton. vari. lib. 2. reſol. fin. caſu fin. Bertazol. tract. clauſularum inſtrum. clauſula 15. gloſ. 2. numer. 16. D. Barb. in l. quia tale. nu. 86. ad finem, ff. ſoluto matrim. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. R. concl. 272. vbi intelligit in ijs, quæ habent dependentiam ſucceſsiuam, non in ijs, quę in ipſo inſtanti radicantur, & perfectionem habent in ſe.

24 Reſpondere non videtur, qui ad interrogata non reſpondit, l. de ætate. § quod autem, ff. de interrogat. action. Alciat. lib. 2. diſpunct. capit. 10. Ex reſponſione enim colligitur qualis fuerit interrogatio, l. ſi defenſor. §. qui interrogatus ff. eod. tit. de interrogat. act. §. præterea, inſtit. de inut. ſtip. Natt. conſ. 98. num. 22. Menoch. conſ. 47. & conſ. 53. quos adducit Mari. Antonin. vari. lib. 3. reſol. 44. num. 5. verſ. tum quia non.

## S

1 Scire quilibet præſumitur, quod publicè ſcitur, Tiraq. de retract. lig. §. 35. gloſ. 4. num. 33. Menoch. de præſumpt. lib. 6. quæſt. 23. num. 70. & de interdictis remed. 16. recuperan. poſſeſſ. numer. 34. Garc. de nobilit. gloſ. 4. numer. 27. quia publica vox, & fama inducit ſcientiam vt per Ioſephus Ludouicus Peruſ. deciſ. 103. numer. 12. cui adde latè Maſcard. de probat. concluſ. 1100. numer. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 6. q. 23. numer. 70. & de



& de arbit. iudic. lib. 2. caſu 186. num. 8. quos adducit Ioannes Petrus Monet. tract. de option. c. 6. q. 4. n. 29.

Scire, & ſcire debere paria ſunt, l. quod te in
2 fin. vbi gloſ. ff. ſi cert. pet. l. ſi duo ff. de acquir. hæredit. l. qui fundum. §. ſeruus, ff. pro empt. Tiraq. de retract. lig. ad finem tit. num. 43. Surd. conſ. 150. num. 23. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 194. num. 1. faciunt tradita per Surd. deciſ. 146. Ioſeph. Ludouic. Peruſ. deciſion. 103.

Scire, & negligere ſcire paria ſunt, Sigiſm.
3 Scacci. de appella. q. 12. n. 10. Et paria ſunt ſcire, vel ſcire poſſe, l. pen. ff. ad Macedo. l. in bonorum in fin. ff. de bono. poſſeſſ.

Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam,
4 pro veritate habetur, vide ſupra li. R. numer. 21.

A ſeparatis non fit illatio, vide ſupra lit. I.
5 nu. 6. Separatorum ſeparata debet eſſe ratio, l. Papin. ff. de min. l. fin. ff. de calumn. Bal. in l. cum neceſſitatem, C. de fideic. Decian. in tract. crimin. lib. 1. cap. 7. nu. 4. tom. 1. Caſtr. conſ. 389. nu. 2. vol. 1. Pariſ. conſ. 101. num. 38. vol. 1. quos adducit Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 111. nu. 4.

6 Sequentia declarant præcedentia, l. ſi ſeruus plerium. §. 1. de legat. 1. cum Doct. infra citat. lit. V. num. 36. Vnde clauſula ſequens refertur, & trahitur regulariter ad omnia præcedentia, vt probat tex. in l. final. vbi Bart. ff. de rebus dub. cap. ſecundo requiris 41. de appellat. Gabri. tom.

to.3.commun opin lib.6.tit.de clauſulis concl.9.Gonzal.ad reg.8 Cancel.gloſ.32.num.30.nouiſſimè Rota Romana apud Farin.deciſ.105.num.4.tom.1 p.1.

7 Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de prima vice, l.boues, §.hoc ſermone vbi Tiraq ff de verborum ſignificat.l.cum pater 79.§. pater in 1.ff. de legat.2. Franciſc Galet. in margarita caſuum conſcientiæ, verbo ſermo cum alis ſupra citatis lit.D. num.36.

8 Ex ſignis cognoſcitur ſignatum l.1 §.ſi intelligatur ff. de ædilit. edic.l. ſtimata vbi Bart. C.de fabricens lib.11. Surd. conſ.126.num.15. Vnde res præſumuntur eſſe illius, cuius eſt ſigillum, quo ſignata ſunt, vt per Gom.l.45.Taurin.3.& n.77. Boer.deciſ.105 num 9. Afflict.deciſ.23. num.3. & 4.Suar tom.1 comm.opin lib.4.tit.41.n.6.pag.651. Menoch de præſ.lib 3.q.64. Maſcard.de prob.concl. 91.& 157.num.3.cum ſeqq & concl.160. num 4. & concl.551.Gonzal.ad reg 8. Cancel gloſ.60 n.62. cum ſeqq. Rebuf. ad leg.Galliæ tit. de mercator. min. vend.art.1.gloſ.2.num.26.Ozaſc. Pedam. deciſ.40. num.2.Hieron.de Laurntt. Auenion deciſ.30. nu.2. Brunor. à Sole in locis commun. verbo res 5.Curi. Philipp p 2.lib.1.cap 7.nu 13.vbi nu.16. reſoluit quod ſi apud duos ſit contentio ſuper rebus, quæ ad eos pertinent, eo quod eodem ſigillo ambo vtuntur poſsidenti adiudicari debent, ſi vero non ſint apud eos, ſed penes tertium, diuiduntur inter contendentes.

9 Simile



9 Simile non eſt idem gloſ in l.quod Nerua & ibi Bart ff.depoſiti,l pecuniam ff.ſi cert.pet l.ad ſimilitudinem, C.de Epiſcopis, & cleric. §.ſed inter eas, inſtit.de nupt.cap.capitulum de reſcript.Marc.Mant. ſing.318. Menoch.de arbitr. lib.2.caſu 84. Surd. de alim.tit.9.q.1.nu.4. Bertazol. de clauſulis inſtrum. clauſul.27 gloſ.12.num.1. Caſſan.in Catalogo gloriæ mundi p 1.cōſ.48.verſ.Quartus caſus,Guter.pract. lib.2.q.176.nu.4 Gonzal. ad regul.8. Cancel.gloſ 3. num 51.Acaci Anton.in comment ad l.5.num.70. ff.de condit.& demonſtrat. Ferrer. in conſtit.Cathalon.gloſ.7.n.100 Cardin.Tuſch.to.7.lit.S.concl.247. vbi num.2. declarat, quod licet ſimile non ſit idem, tamen de facili tranſit in idem, ideo contractus dubius iudicatur eſſe ex pluribus id, cui magis ſimilis eſt, de quo vide etiam concluſ.ſeq.

10 Singula, quæ non proſunt, multa collecta iuuant,l.ſpadonem,§.qui iura ff de excuſat.tutor. in ratione dubitandi, l.rationes, & l.inſtrumenta, C.de probationibus, cap. cauſam, quæ eodem tit. l.ſi ſtipulatus in princip ff.de vſuris, vulgaris doctrina gloſ.verbo legitimis in l.2.ff.eod.tit.de excuſationibus tutorum recepta ex infinitis, quos latè adducit Anton.Gabr.tom.3 commun. opin. tit. de probat.concluſ.1. num.1. Surd. conſ.245. num.31. & conſ.329 num.20. Cald.Pereira in l. ſi curatorem.verbo ſua facilitate nu.59.verſ.Tamen hæc duo, C.de in integr. reſtit.minor. Anton. Monach.Lucenſ.

V decis.55.

*deciſ.55.num.33. Farinac. in praxi crimin. par.4. conſil. 39. num. 1. Ferrer in conſtitut. Cathalon. gloſ.5. num. 147. Cardin. Tuſch. tom.7. littera S. concluſ. 276. Mari. Antonin. vari lib.2. reſolut. 55. num.16. & lib.3. reſolut. 7. num. 13.* Intellige, quando ſingula genere ſuo perfecta ſunt, non ita ſi vitioſa ſint, & genere ſuo imperfecta, *§.ex eo inſtit. quib. mo. teſtam. infir. Thobias Nonius ad rub. inſtit. de oblig num. 25. Menoch. de præſump. lib.3. quæſt. 39. num. 6.* faciunt multa, quæ copioſe adducit *Gabr. dict. concluſ. 1. ex num. 33. cum ſeqq.*

11 Soluere, vel promittere paria ſunt, *l. fin. C. ad leg. Falcid. l. eum qui ita, §. penul. ff. de verbor. obligat.* Et paria ſunt ſoluere, & compenſare, *l. ſi debitor. ff. qui potio. in pigno. habean. l. ſi peculium, §. de illo, ff. de ſtatulib. l. 1 ff. de compenſat. l. amplius non peti ff. rem rat. hab. Surd. de alim. tit 6 q 4. num. 4. & tit. 8. priuil. 53. & deciſ. 117. & 191. Parlad. lib. 2. rer. quotid p. 5. cap. fin. § 11. nu. 30. Azeu. l 1. nu. 128. tit. 21. lib. 4. nouæ recopil. Guter. de iuram. conf. p. 3. cap. 6. n. 1. Rota Rom. apud Farin. deciſ. 858. nu. 4 in nouiſſ. & deciſ. 536. nu. 3. tom. 2. p. 1. Tiraq. de retract. lig. §. 3. gloſ. 3. num. 6. Cou. in cap. quamuis pactum 1. p. § 4. num. 9. Caſtil. lib. 3. quotid. cap. 23. num. 90.*

12 Soluere, qui eſt paratus, iudicium ſuſcipere non cogitur, *l. ſi reus ff. de procurator.*

13 Soluere minus dicitur, qui tardius ſoluit, & plus



& plus ſoluere dicitur, qui ſtatim ſoluit, *l. ſi is cui in fin. l. minus, ff. de verbor. ſignifi. l. ſolidum ff. de ſolution. §. plus, inſtit. de fideiuſſor. §. ſi quis agens verſ. Plus autem, inſtit. de actio. cap. 1. vbi Doct. de Plus petit.* & iuxta illud Auſonij.

Gratia, quæ tarda eſt, ingrata eſt, gratia nanque
Cum fieri properat gratia grata magis.

Sequuntur plures, vt per *Tiraquel. de retract. lig. gloſ. 18. §. 1. n. 35.* quibus adde *Surd. conſ. 345. n. 9.*

14 Solui non poteſt aliud pro alio inuito creditore, vide ſuprà *lit. A. nu. 81.*

15 Subiecta talia ſunt, qualia prędicata demonſtrant, *l. 3. ff. de fun. inſtructo leg. l fin. § cui dulcia, ff. de vin. triti. oleoq́. lega. Surd. deciſ. 149. num. 18. & conſ. 44. nu. 40 & conſ. 375. nu. 45. Brunor. à Sole in locis commun. verbo ſubiectum.*

16 Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. vbi Bart. Bald. Angel. & alij l. 1. § hæc actio, ff. ſi quis teſtam. liber. eſſe, l filiæ, §. Titia ff. de condit. & demon. l vni. §. 1. C. de rei vxoriæ act. vbi Cyn. Bal. Salic. & alij, §. fuerat, inſtit. de actio. cap. eccleſia 1. vbi gloſ. 1. verſ. Et eſt hic argumentum, cum cap. ſeq. vt lite pendente, Thom. de Thomaſ. reg 289. Pichard. ad §. ex conditionali nu. 13. inſtit. de verborum obligat. Euerard. in topic. legal. loco 93. Petr. Andr. Gammar. in Dialectica legali lib. 2. de loco ſubrogato 4. Thobias Nonius ad §. ſed neque hæres,*

 *inſtit.*

*inſtit. de teſtam. nu. 5. Surd. deciſ. 35. num. 9. & deciſ. 300. num. 5. & de alim. tit. 9. quæſt. 27. num. 9. & conſ. 26. num. 5. Tiraquell. de iure primog. q. 40. nu. 43. & in tract. le mort par. 2. declarat. 9. nu. 18. Brunor. à Sole in locis commun. verbo ſubrogatum, Molin. de primog. lib. 4. cap. 4. num. 36. Ioan. Petr. Monet. tract. de decimis cap. 9. nu. 75. & tractat. de option. cap. 4. quæſt. 8. num. 146. Ioan. Franciſc. Leo in theſauro fori Eccleſ. p. 2. cap. 4. nu. 55. Eſcobar de ratiocin. comput. 15. num. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. § 9. num. 99. Cardin. Tuſch. tom. 7. lit. S. concluſ. 757. à princip. & omninò à num. 15. & nu. 30. Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 111. num. 28.* Intellige ſubrogatum ſapere naturam primordialem, non accidentalem eius, in cuius locum ſubrogatur, *Surd. d. tit. 9. q. 21. n. 22.* Limita primo, quando ſubrogatum fit ad rem diuerſæ naturæ, *l. cum in fundo, § ſi fundus. ff. de iure dot. Surd. d. tract. de alim. tit. 5. q. 1. num. 34.* Limita ſecundo, vbi aliquid eſt ſpecialiter attributum, tunc enim in eo ſubrogatum non ſapit eandem naturam, nec ſubrogationis regula id extendit, quod fuit ſpecialiter conceſſum, *Surd. d. tit. 9. q. 21. num. 21. D. Barb. ad l. cum prætor, §. 1. num. 421. ff. de iudicijs.* Limita tertio, quando diuerſæ dantur qualitates, *Luſit. Franciſc. à Souſa in repet. l. fœminæ. ff. de reg. iuris p. 1. nu. 229.* Limita quarto in pœnalibus, *Cardin. Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ. 537. nu. 4.* Limita deniq; in priuilegijs, *Azeu. l. 1. num. 27. tit. 1. lib. 6. nouæ recopil. Garc. Girond. de priuilegiorum, ſeu exemptionum explicat. nu. 1313.*



17 Superiorum actio noſtra eſt inſtructio, *Ferrer in conſtit. Cathalon. gloſ. 6. nu. 21.* & faciunt, quæ parens meus, quem non minus doctrinæ, quam naturæ actorem meæ reuereor *in annotat. ad Ordinat. Regias Luſit. lib. 1. tit. 1. in princip. num. 12.* Peccatum enim in capite inficit etiam membra, *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ. 99. num. 4.*

## T

1 TAcens conſentire videtur *gloſ. in l. quo enim, vbi Bart. ff. rem rat. hab. gloſ. in l. filiusfamil. §. inuitus ff. de procurator. l. 2. §. voluntatem, ff. ſolut. matrim. l. qui tacet, vbi Dec. & Cagnol. ff. de regul. iuris, l. 2. C. de acquir. poſſeſſ. l. ſi ſine C. ad Velleian. l. ſi hypothecas C. de remiſſ. pign. cap. qui tacet 43. vbi gloſ. Dyn. & Ioan. Andr. de regul. iuris lib. ſexto, cap. non ne de præſumpt. Menoch. de præſumpt. lib. 3. quæſt. 9. num. 20. Maſcard. de probat. concluſ. 1218. P. Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 1. cap. 4. col. 8. & 9. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 4. collect. 1040. Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſolut. 92. num. 6.* alios refert *Cened. ad decretum collect. 9. num. 4.* Intellige in fauorabilibus *l. 1. §. pen. ff. nauta caupones*

*pones l. qui patitur ff. mandati l. ſi fideiuſſor in fin. C. eod. tit. l. ſi vt proponis C. de nupt. Menoch. de præſumpt. lib. 3. q. 42. nu. 11. & nu. 24 & lib. 6 q. 99. nu. 11. Maſcard. de probat. concl. 1158 num. 25. Thomas de Thomaſettis reg. 253. & reg. 290. Iul. Clar. receptar. ſentent. lib. 4. §. donatio q. 14. num. 5. Menchaq. quæſt. illuſtr. lib. 2. cap. 62. à nu. 8. Cou. in rub. de teſtam. par. 3. num. 12. verſ. Verum ſi donatarius Molin. de primog. lib. 4. cap. 2. num. 76. Coſt. in l. ſi ex cautione fallent. 4. nu. 2. D. Barb. in l. quæ dotis n. 153 & num. 164. ff. ſolut. matrim.* alios adducit *P. Sanch. de matrim. lib. 1. diſp. 5. num. 5.* quibus adde *Cardin. Tuſch. tom. 8. littera T. concluſ. 2.* vbi *nu. 2.* limitat vbicunque vltra conſenſum requiritur aliquid, nam tunc non ſufficit tacitus conſenſus in fauorabilibus. Limita in præiudicialibus *l. inuitum ff. de ſeru. vrban. præd. l. in eo, §. pen. ff. de rit. nut. Menoch. dict. quæſt. 99. num. 53. Fachin. controu. lib. 8. cap. 64. Cou. pract. cap. 15. verſ. Quinto deinde, Surd. deciſ. 302. num. 3. & conſ. 349. num. 4. Thomas de Thomaſettis dict. regul. 253. Cald. Pereira de reſolut. emphyt. cap. 11. num. 11. & de empt. cap. 33. num. 81. & ſeq. Barb. in l. 2. § vlt. à num. 6. ff. ſolut. matrim. & in dict. l. quæ dotis num. 153. & num. 164. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 38. num. 20. & cap. 68. num. 16. Luſit. Benedict. Ægid. in repetit. l. ex hoc iure ff. de iuſtit. & iure par. 1. cap. 9. num. 81. Cardin. Tuſch. dict. littera T. concl. 3. Mari. Antonin. dict. lib. 1. reſolut. 59. caſu 1.* alios





refert *Sanch. dict. diſp. 5. num. 5.* Etiam ſi vltra taciturnitatem concurrat aliquis actus poſitiuus *Maſcard. de probat. concl. 1218. n. 51. Surd. deciſ. 32 n. 11. & deciſ. 264. n. 8.* Secus eſt in iudicialibus, in quibus tacens conſentire cenſetur, etiam in ſibi præiudicialibus *Tiraq. de iure mariti gloſ. 7. num. 37. Surd. deciſ. 47 num. 9. Barb. in l. diuortio § ob donationes num. 14. ff. ſolut. matrim.* Limita etiam quando tacens contradicendo actum impedire non potuiſſet *gloſ. in l. ſicut § non videtur ff. quib. mod. pign. vel hypth. ſoluat. l. Caius ff. de pignor. act. l. ſæpe § cur autem ff. de re iudicata, Rota Romana apud Farinac. deciſ. 513. num. 5. tom. 2 p. 1. Menoch. conſ. 120. num. 10. Surd. deciſ. 294 nu. 13. & deciſ. 302 nu. 2 Cald. dict. cap. 33. nu. 81. Stephan. Gratian. d. cap. 38. nu. 21. & d. cap. 68. nu. 16.* Quia in illis caſibus, quos tacens ſi vellet poſſet impedire, conſentire videtur *l. ſi fideiuſſor C. mandati, Bart. in l. quæ dotis nu. 22. & ibi D. Barb. n. 160. ff. ſoluto matrim. Neguzant. de pignor. memb. 4. p. 2. num. 152. Cou. d. cap. 15. nu. 5. verſ. Tertio, Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloſ. 9 nu. 149. Fachin. lib. 7 controu. cap. 80. Menoch. d. q. 99. nu. 15. & conſ. 58. num. 65. Maſcard. concl. 1158 nu. 47. Surd. conſ. 290. nu. 22. Mendoc. de pactis lib. 2. cap. 4. nu. 37. Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 16. n. 47. & 52.* Limita deniq; quando ius reſiſtit *gloſ. in cap. plerunq; 2. quæſt. 7. Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1153. nu. 52 in verbo patientia.*

2 Tacite quod ſubintelligitur, fruſtra exprimitur *l. iam dubitari, & l. Cornelius, ff. de hæred. inſtit. l. verba ff. de condit. inſtit. l. 3. ff. de legat. 1. l. fideicommiſſa §. ſi filio ff. de legat. 3. l. quæſitum §. 1. ff. de diſtrac. pigno. l. non recte C. de fideiuſſor.* Nam expreſſum dicitur illud, quod ſubintelligitur â iure, vt dictum eſt ſuprâ *littera E. num. 30.*

3 Taciti, & expreſsi idem eſt iudicium *l. cum quid, vbi doct. ff. ſi cert. pet. l. ſi filiusfam. ff. eod. tit. l. vlt. in princip. ff. de legat. 2. l. item quia ff. de pact. l. vlt. C. qui bonis cedere poſſunt, Cou. in repetit. cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. p. 2. in initio nu 6. in medio, Menchaq. cōtrou. illuſtr. cap. 33. n. 26. Flamin. de reſignat. to. 1. lib. 1. q. 1. num. 3 cum ſeqq & q. 13. n. 13 Gonzal. ad reg 8. Cancel gloſ. 14. n 64. Eſcobar de ratiocin. cap. 7. nu. 7. Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 80. nu. 30 Morl. in empor iur. p. 1 tit. 8. q. 24 per totam, Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcopi cap. 7. §. 2. num 7. Luſit. Fr. Anton. à Souſa in relect. de cenſur. bullæ Cœnæ cap. 24 diſp. 101, num. 2, Ioan. Franciſc. Leo in theſauro fori Eccleſ. p. 3. cap. 7. num 61. Cardin. Tuſch. tom. 8. lit. T. concl. 8. Campanili in diuerſ. iur. canon. rub. 12. cap 4. n. 5.* Intellige quando tacitum includitur in natura expreſsi, ſecus eſt ſi non eſt de natura expreſsi, neque inducitur ſub expreſſo *Tuſch. d. lit. T. concluſ. 7. Mari. Antonin. vari. lib. 2. reſol. 57. nu. 72.* Limita cum eodem *Tuſch. concl. 9.* vbi *concl. 11.* aſſerit quod tacitum





tacitum plus operatur, quam expreſſum multis caſibus, & *concl. 12.* quod tacitum reſultans ex expreſſo ceſſat ceſſante expreſſo, per *tex. in l. 3. §. fin. ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* Amplia in vltimis voluntatibus *l. inter veſtem ff. de aur. & arg. leg. l. in conditionibus primum locum ff. de condit. & demonſtr. Bart. in ſua magiſtrali diſtinctione, quã tradit in d. l. cum quid col. 2. num. 9. verſ. & pro huius ſolut. & ante cum Cyn. col. 2. nu 4. verſ. nos ergo,* quos vltra alios refert *Rendina in promptuario recepet. ſentent. to. 1. tit. 100. n. 16.* Alia quæ ſpectant ad hanc regulã notata ſunt ſupra *lit. C. n. 2.*

4 Tempore eodem quando aliquid fit, non datur prius, nec poſterius *l. quidam teſtamento. ff. de pecul. leg. Surd. de alim. tit 9. q. 29. num. 18.* Dicitur autem fieri eodem tempore quod ſucceſſiue ſit *gloſ. in l. antiqui. verbo eodem tempore ff. ſi pars hæred. peta.*

5 Tempore habili aliquid fieri, vel conferri in tempus habile paria ſunt *l. in tempus ff. de hæredib. inſtit.* Et paria ſunt aliquid fieri tempore prohibito, vel in tempus prohibitum conferri *l. oratio ff. de ſponſal l. quod ſponſæ C. de donat. ante nupt.* cum ſupra citatis *lit. F. nu. 44. & 45.* Temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum, notaui ſupra *lit. A num. 86.*

6 Tempus non eſt modus tollendæ, nec inducendæ obligationis *l. obligationum §. placet ff. de action. & oblig §. at ſi ita ſtipuleris inſtit. de verbor.*

*oblig vbi Thob Noni gloſ. verbo allegationem in cap. cum ex officij* 16. *de præſcript. Gom. vari. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 21. *Aloyſ. Ricci. in praxi rerum. for. eccleſ. deciſ.* 732. *in* 1. *edit. & reſol.* 509. *n.* 2. *in* 2. *edit. & deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapol. deciſ.* 62. *nu.* 4. *p.* 2. *Acacius Anton in comment. ad l.* 1. *ff. de condit. & demonſtrati. ſub verbo text. ibi. cum dies certus, num.* 5.

7 Tempus legis, qui non obſeruat, non dicitur formam legis obſeruare *l. obſeruare §. poſt hac ff. de offic. proconſ. Rebuf. in tract. nomin. q.* 14. *num* 6. *Gam Luſit. deciſ.* 337 *num.* 4. *Cardoſ in praxi iudicum, & aduocat. verbo tempus num.* 1.

8 Titulum non habere, vel nullum habere paria ſunt *Surd. deciſ.* 45. *num.* 17.

9 Totum continet ſuas partes *l.* 1. *§. ſi ſtipulant. ff. de verbor. oblig. l. ſi alijs ff. de vſufructu legat. l. in eo quod plus* 111. *l. in toto* 114. *ff. de regul. iuris, cap. plus* 35. *cap. in toto* 80. *eod. tit. lib. ſexto, Gom. vari. tom.* 2. *cap.* 9. *num.* 4. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſu* 47. *nu.* 6. *Cou. vari. lib.* 1. *cap.* 2. *ex num.* 5. *& cap. vlt. num.* 7. citati *ab Alphan. collect.* 82. quibus adde *Cardin. Tuſch. tom.* 8. *lit. T. concl.* 336. vbi *nu.* 6. limitat quando totum conſtituens in partes diuiſas eſt diſtinctum, & diuiſum, quia tunc vna quæque pars per ſe ſtat, ſecus quando ſunt indiuiſæ.

10 Totum qui dicit, nihil excludit, vide ſupra *lit. O. numer.* 4. Vitiato toto, & quælibet eius pars



pars vitiatur, *l. ſi nemo. ff. de teſta. tutel.*

11 Tractus futuri temporis, non pertinet ad iudicem, *l. non quemadmodum, vbi Doct. ff. de iudicijs, l.* 1. *§. ſocius, ff. de vſuris, Surd. deciſ.* 120. *nu.* 5. *& conſ* 340. *nu.* 9. *Ceual. commun. contra commun. tom.* 4. *q.* 899. *num.* 3.

12 Turpitudinem allegans, non es audiendus, colligitur *ex tex. in l. mercenalem, C. de condic. ob turp. cau. l. tranſactione C. de tranſact. l. ſi pignoribus, vbi gloſ. C. de ſeruo communi manu. l. cum profitearis, C. de reuocandis donat. cap. inter dilectos, de donat.* reſoluunt latè *Bernar. reg.* 24. *verſ.* 5. *Tiraq. de retract. lig. §.* 1. *gloſ.* 18 *num.* 20. *& num.* 24. *cum. ſeq. Surd. deciſ.* 196 *num.* 6. *& deciſ.* 309 *num.* 16. *Mari. Antonin. vari. lib.* 2. *reſol.* 11. *num.* 75. *Rota Romana apud Farin. deciſ* 665. *num.* 12 *tom.* 2. *p.* 1. *Ioan. Maria Bellett. diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de diſciplina clericali §.* 3. *nu.* 12. *pag.* 22. *Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo allegatio. numer.* 5. *Aloyſius Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ* 452. *num.* 4. alios refert *Cened. ad decretal. collect.* 10. *num.* 4. Intellige regulam hanc procedere tantum in materia, in qua turpitudinem allegans liberam habet poteſtatem, & poteſt de iure diſponere, tunc enim, ne eidem turpitudo patrocinetur contra *cap. ex tenore in fine de præſcript.* non auditur illam allegans, ſecus verò ſi liberã poteſtatem non habeat, prout contingit, vbi principaliter in reipub. eccleſiæ, vel etiam animæ bonum allegatur,

legatur, vt in *cap. lator, de re iudic.* ita ex aliorum mente recte aduertit *Sarm. lib. 3 ſelect. cap. 13. n. 5. & n. 11.* cui reſolutioni ſubſcribit *Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. cap. 13. n. 15. & Tomas de Thomaſettis regul. 32* Intellige etiam vbi quis allegat turpitudinem ſuam ad ſuum commodum, & vtilitatem, ſecus ſi ad ſuum damnum, *Doct. in l. ius iurandum ex conuentione § procurator, ff. de iure iuran. Roland. conſ. 24 nu. 72. vol. 1.* quem citat *Bellett. d. num. 12.* Limita quando turpitudinem allegans ſemel fuerit admiſſus, tunc enim ex detecto periurio, vel turpitudine poterit ſe iuuare ex reſolutis per *Coſt. in l. ſi ex cautione fallentia 9 n. 2. Cardoſ. d. verbo allegatio n. 5.*

13 Turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes, deſumitur ex *Ouid. lib. 5. de triſtib. eleg. 7.* probat *tex. in cap. quemadmodum, § alioquin de iure iur. gloſ. in cap. per veſtras in verſic. ad inopiam de donat. inter virum, & vxorem* exornant *Surd. de alim. tit. 7. q. 17 num. 41 & conſil. 174. nu. 13 & conſ. 175. nu. 42. & conſ. 371. nu. 54. Tiraq. de iure conſtit. p. 3 limit. 7. nu 43. Cardin. Tu ch. tom. 3 lit. F. concluſ. 12. num. 4. Anton. Monach. Florent. deciſ. 24. numer. 36. & Bonon. deciſ. 19. num. 33. Cardin. Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ. 1483. numer. 14. Ioannes Maria Bellett. diſquit. clerical. p. 1. titul. de diſciplina clericali §. 29 numer. 7. pag. 163* Et fauorabilor eſt cauſa conſeruationis, quam noue acquiſitionis, *Menoch. conſil. 32. numer. 37.* Et



Et facilius conſtitutum ius retinetur, quam de nouo acquiratur, *l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, Surd. deciſ. 40. num. 5.*

## V.

1 VElle quis non creditur, quod non poteſt, *l. Lucius. §. imperatores. ff. ad municip. l. ſi tibi, §. vnius. ff. de optio. leg. gloſ. in l. peto in princip. vbi Bald. in fine princip. ff. de legat. 2. cap. cum à nobis, de ſent. excomm. Surd. conſ. 431. num. 41. Rota Romana apud Farin. deciſ. 364. num. 3. tom. 1. p. 1.* Inanis enim eſt voluntas, niſi adſit potentia, *l. nolle adire* & ibi not. *Alex. in princip. ff. de acquir. hared. l. pater Seuerinam in princip. ff. de condit. & demonſt.* Et qui non vult, quando poteſt, conſequens eſt, vt cum velit, non poſſit, *l. multum intereſt, C. ſi quis alteri, vel ſibi, l quod ſponſæ, C. de dona. ante nupt.*

2 Velle, eſt eius, cuius eſt nolle, *l. 3. ff. de reg. iur. Cæſar Argel. de contradictore legitimo q 4. num. 38. Thomas de Thomaſettis reg. 106.* vbi aſſerit procedere ante contractum initum. Et non dicitur nolle, qui velle non poteſt, *l. 4. ff. de acquiren. hæred. l. pater in princip. ff. de condit. & demon.*

3 Verba ſunt ſigna, & teſtimonium, mentis noſtræ, & demonſtrant voluntatem animi, *l. Labeo. §. idem Tubero, ff. de ſupell. leg. l. ſcire, ff. de tut. & curat. dat. ab his, l. 1. §. Diuus, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. gloſ. magiſtra verbo animus in l.*

in l. Fulcinius, §. quid ſit latitare, ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur, l. reprehendenda, C. de inſtitu. & ſubſtitu. l. generaliter in 1. notab. C. de non numerat. pecun. cum ſimilibus, de quibus Menoch. conſ. 1. nu. 262. & de præſumpt. lib. 3. q. 1. nu. 39. & de arbitr. lib. 1. quæſt. 7. num. 75. Maſcard. de probat. concl. 1415. num. 24. cum ſeq. Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 2. nu. 1. & conſ. 179. num. 62. Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo libertis num. 17. & 18. C. de reuocandis donat. Card. Mantic. de coniectur. vltimarum voluntatum lib. 3. cap. 4. Aluarad. de coniectura ta mente defuncti lib. 1. cap. 1, Menchaq. controu. illuſt. cap. 58. num. 7. Perez tit. 9. verſ. aut dictum lib. 8. ordin. pag. 216. Flamin. de reſignat. tom. 1. lib. 1. q. 13. num. 29. Brunor à Sole in locis commun. verbo homo 4. Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 4. nu. 9. Farin. in praxi crimin. p. 5. q. 126. num. 158. & p. 3. in fragment. lit. A num. 229. & Rota Romana apud eundem deciſ. 130. num. 3. to. 1. p. 1. Et verba magis declarant animum, quam facta, l. recuſari, ff. de acquir. hæreditat. l. re coniuncti, ff. de legat. 3. Et verba pendent â mente, non autem mens a verbis, Menochius conſil. 97. numer. 44. Et verba ſe habent vt corpus, ſuperficies: & ratio, ac mens; vt ſpiritus, & anima, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 48. numer. 56.

4 Verba debent inſeruire intentioni, non intentio verbis, ex reg. l. non. aliter, ff. de legat. 3. l. 3. §. conditio ff. de adim. leg. cap. ſedulo 38. diſt. cap.

ſecundo



ſecundo requiris, de appellat. cap. intelligentia, de verborum ſignific. Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo libertis à num. 47. C. de reuocandis donat. & de retract. lig. § 32. gloſ. 1. num. 34. & 35. Cardin. Mantic. de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 3. tit. 3. num. 9. Simon de Pretis de interpret. vltimarum voluntatum lib. 2. dubit. 2. ſolut. 1. à nu. 280. iuncto numero 215. Brunor. à Sole in locis commun verbo verba numer. 20.

5 Verba ſunt intelligenda, non ſecundum quod ſonant, ſed ſecundum mentem, & intentionem proferentis, l. non omnis in princip. ff. ſi cert. pet. l. 3. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de itinere actuque priuato l. ſcire oportet § aliud, ff. de excuſat. tutor. l. non aliter 69. ff. de legat. 3. l. ſed. Celſus, §. 1. vbi gloſ. verbo ſequendum, ff. de contrah. empt. cap. intelligentia & cap. propterea, de verborum ſignific. Nau. in man. cap. 23. num. 38. Coſm. in pragmat. ſanct. titul. de elect. verbo mens pag. mihi 141. Tiraq. in l. ſi vnquam verbo libertis num. 48. C. de reuocandis donat. Surd. conſ. 431. numer. 35. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 48. numer. 55. Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 85. numer. 50. Et vbicunque conſtat de mente diſponentis, expreſſa vel, præſumpta, verborum qualitas non attenditur l. 3. C. de lib. præt. l. quoniam indignum. C. de teſta. Mens enim eſt potentior verbis, l. Labeo in fin. ff. de ſuppel. leg. Et vbicunque de mente dubitatur, â verborum proprietate non receditur,

cedıur *d. l. non aliter in principio.*

6 Verba ſunt interprætanda ſecundum propriam ſignificationem *Surd. deciſ. 288. num. 27. Cardoſa in praxi iudicum & aduocat. verbo verbum nu. 6 Brunor. à Sole in locis commun. verbo verba 1. Melchior Phæb. Luſit. deciſ. 77. nu. 14. Cardin. Tuſch. tom 8 lit. V. concl. 91.* Et ſunt ſtricte, & proprie intelligenda *l. 1. §. ſi is qui nauem ff de exercito. l. 3. §. hæc verba, vbi Bart. ff. de negot. geſt.* Et verba debent intelligi quatenus propria eorum ſignificatio patitur *l. cũ lege ff de teſtam. l. 1. §. quod autem ff. de aleator. cap. ad audientiam 12. de decimis, Cardin. Mantic. de coniecturis vltimar. volunt. lib. 8. tit 18 num. 35. D. Barb. in. l. quia tale num. 37 ff. ſolut. matrim. Rota Romana apud Farin. deciſ. 352. n. 1. to. 1 p. 1.* vbi aſſerit quod in materia quantumuis odioſa non receditur à proprietate verborum, ſed lata fit interpretatio, quatenus eorum proprietas patitur. Et verba vbi ſunt clara, ſecundũ propriam ſignificationem ſunt intelligenda *d. cap. ad audientiam, & ibi. Panorm. notab. 1. & 2. de decimis, Guter. conſ. 5. num. 12. P. Sanch. de matrim. lib. 1. diſp. 17 num. 6.* Et verba legis, ſeu ſtatuti ſunt propriæ intelligenda *l. 1. § ſi is qui nauem ff. de exercito. actio l. 3 §. hæc verba & ibi not. Bart ff de negot. geſt. Cardoſ. d. verbo. verbum num. 16* Idem procedit in verbis contractus *Surd. deciſ. 288. num. 27. Mendez à Caſtro in praxi Luſit. lib. 3. cap. 15. num. 10.*





